









1699.

1. Cramerus, Iohannes Fridericianus: De causis concistoribus

2. Saeclo 1699 i 1737

2. Goedel, Raphael Christian: De monib[us] p[re]dictis.

valgo en Ley-Huysen, P[ro]fessor van Rechte  
ambtster

3. Haering, Georgius Nicolaus: De reintegratione  
matrimonii

4. Heberer, Iohannes Wenzelius: De arrogatione episcoporum.

qui effectibus, non quoad ipsas rebus, quam animo,  
affectu similitudine, quam sortitus cum coniuge  
pratium 1699 i 1725

5. Hildebrandt, Henricus: De punctationibus valgo en  
Intruppen von ersten Aufzügen

6. Hildebrandt, Henricus: Mandata secreta.

7. Rockeboccus, Georges Paulus: Ad mare dominum  
l'ice imperio ut capax.

1700

1<sup>er</sup> Hildebrandt, Henricus : De denegatione servorum  
presentacionis. Vnde Passio eius Ritter ad Lectorum tractat  
2 Septem 1700 et 1709

2. Hildebrandt, Henricus : Praeventivam actionem in  
foro . . . emulorum ventilationem exhibet

3. Reisenleiter, Johannes Henricus : De inventionis praemium

4. Rink, Eucharius Gottlieb et Jan, Franciscus, vna :  
De carrocis

5. Rockenboccius, Georgius Paulus : De cunctis sine re-  
probatione causa officiis tam stricte dictis quam  
impulsis

6<sup>er</sup> Helgerus, Georgius Petrus : De justis obulac  
2 Sept. 1700 - 1706

1701.

1. Hildebrandt, Henricus : De angustis culpac



St. G. von de sauff. comp. Hoffm. d.

*6.0* 58 num. 12  
ASSISTENTE DIVINA JVSTITIA,  
DISSERTATIO IN AVGVRALIS

*1708* 19  
DE 2

# ECCLESIIS FILIALIBVS, EARVMQVE JVRIBVS,

*363* <sup>QVAM</sup>  
EX DECRETO  
*MAGNIFICI*

*363* <sup>P.</sup> JCTORVM ORDINIS,  
INCLVTA IN NORICORVM VNIVERSI-  
TATE PATRIA

## PRO LICENTIA, SVPREMOS IN VTROQVE JVRE HONORES ET PRIVILEGIA DOCTORALIA

MAJORVM MORE RITE CONSEQUEND  
PVBLICÆ ERVDITORVM CENSVRÆ  
D. XXIII. JVN. ANNO M.D.CCI.

SISTIT

STEPHANVS JACOBVS *Rieß*  
NORIBERGENSIS.



LITERIS HENRICI MEYERI, VNIVERSITATIS TYPOGRAPHI.

VIRIS  
MAXIME GENEROSIS ATQUE PRUDENTISSIMIS  
DOMINIS,  
DN. CAROLO Gottlieb Nürern/  
AB ET IN Haimendorf ET Wolkersdorf.  
DN. JOH. CAROLO Schlüsselfeldern/  
A Kirchenfittenbach ET Rötenbach.  
DN. FERDINANDO SIGISMVNDO  
Kreisen/  
A Krezenstein ET Durremungenau.  
DN. GVOLFGANGO JACOB O  
Nücheln/  
A Sündersbühl.  
DN. JOH. FRIDERICO Löffelholzen/  
A Colberg.  
S.R.I. ILLVSTRIS AC LIBERÆ REIPVBLCÆ  
NORIBERGENSIS  
TRIVMVIRO, SEPTEMVIRO,  
SENATORIBVS ET CONSVLIBVS  
GRAVISSIMIS,  
PROVINCIARVM PRÆSVLIBVS  
ET RECTORIBVS EMINENTISSIMIS,  
DOMINIS SVIS GRATIOSIS, PATRONIS  
OPTIMIS, MAXIMIS,  
DISSERTATIONEM HANC IN AVGVRALEM  
IN SVI COMMENDATIONEM  
HV MILLIME OFFERT

AVTOR.



## IN NOMINE DOMINI NOSTRI JESV CHRISTI.

### PRÆFAMEN.



*T*si Christi navis, quo nomine vera salutatur Ecclesia, multis tam internorum quam exteriorum hostium fluctibus agitata, & pressa, sed non penitus oppressa sepius conficiatur, binc cana & veneranda Antiquitas templo sua formâ oblongâ, significantia scilicet divam istam Petri naviculam, extrudet voluerit, prout incitenter annotaveret Engel. ad Decretal. tit. d. eccles. ædif. vel reparand. n. 7. & B. Dn. Linck. cod. comment. & tit. §. 6. *N*ihilominus tamen divino spirante favonio illa lœta triumphavit etiam mediis in gravissimarum persecutionum turbinibus, quas non tantum primæ, sed & sequioris ætatis tempore gloriose est perpessa, suumq; in dies cepit & etiamnum sortitur incrementum, planè nibil pendens minas, imo & lethum ipsum; ut binc Prudentius concinne perquam ac apposite Hymn. 4. cecinerit:

Nec furor quisquam sine laude nostrum  
cessit, aut clari vacuus cruoris  
Martyrum semper numerus sub omni  
grandine crevit.

*Q*ue adversa sors rerum utique eidem multum præstítit; nisi enim fides Ecclesiæ primis temporibus hoc modo ritè probata

fuiisset, tantos sane nunquam fecisset progressus, ut binc saniorum Theologorum bac de re mens haud sit inconveniens, Ecclesiam haud pressam nec tentatam, veram non esse, siquidem illa rebus nimis secundis languescit, & quale Ecclesia memoratum augmentum, quo pedetentim illa est gavisa, ingens existit, adeo ut nullus fermè Orbis terrarum locus à veris Christum in vocantibus sterilis ac vacuus, de quo DEO ardentes sint dilecte laudes, inveniatur, ac sibi tota fermè Europa speciatim de divina bac gratia præ ceteris gratuletur. Ut insicias eundem haud sit, eam etiam hoc ipso in flore vicissitudini suæ nibilominus subjacere, ita ut haud incongrue Lunæ equiparari possit, quorsum Spiritus Sanctus in Apocalypsi 12. Ecclesiam, muliere sub pedibus Lunam stratam habente Johanni representans, respicere haud dubio voluit: sicut enim lumen suum mutuatitum emittit quidem, sub illius tamen accretione & diminutione; ita quoque vera Ecclesia nunquam suo pristino coruscat flore, sed mox ad Dei voluntatem paucos, mox vero multos suos numerat fideles, quo ipso accidere solet, ut loca eorundem conventuum publica & receptacula ob preces coacer-vatim & collecti ve DEO fundendas edificata, partim ob numerosorem fidelium copiam, quandoque certo modo separantur, partim etiam ob exiguum numerum quandog in unum quasi corpus redigantur, quos actus Jus Canonicum & consuetudo Ecclesiastica passim vigens approbat, illaq[ue] Oratoria publica Ecclesiæ filiales speciali nomine significare. De quibus FILIALIBVS ECCLESIS EARVM QVE JVRIBVS in praesenti lineas quasdam ducere mecum decrevi, præcipue cum Divinâ favente Gratia, ex concessione benevolâ Magnifici JCTorum Ordinis, post exantlata more majorum confusa Examina, specimen aliquod Dissertationis Inauguralis mibi edere sit injundum. Antequam autem ad hujus argumenti pertraductions principium progredior, ad omnium rerum principium DEVMTer Optimum

¶ f. 135

rum Maximum supplicibus accedo precibus, velit Ille hunc  
meum, quem nunc subeo, conatum, & quicquid imposterum  
ago vel alturus sum, sancta secundare Ad silentia, ut illud  
in ejusdem primario Santiissimi nominis vergat bonorem &  
proximi incrementum, meumq; tam aeternum quam temporale  
commodum.

## CAPUT I.

Quod in enucleatione rubricæ ratione Etymo-  
logiæ, Synonymiæ, & Homonymiæ est  
occupatum.

### S. I.

**C**um in omnibus artium disciplinis, antequam ad alio-  
ra ulterior præparetur transitus, terminorum, qui  
ipsum rubrum indicant, plena enodatio, ut consue-  
tum exordium, observetur, hinc & ego, ne hujsmo-  
di methodum planè negligere videar, præcipue vero Cele-  
berrimi JCTi Caji in l. i. ff. d. O. J. monitum probe perpen-  
dens, nonnihil in Dissertationis hujus rubricam inquirere  
operæ esse pretium duxi. Offert autem se, ut convenienti  
procedam ordine, primo ratione Etymologiæ considerandum  
vocabulum Ecclesia, quod veros natales suos Græciæ debet,  
ut omnibus illis, qui primis saltim labiis hujus vernacula de-  
gustâre linguam, certo certius constat. Est autem illud com-  
positum quoddam, compactum ex præpositione ἐκ ob sequen-  
tem consonantem, & substantivo κλησις, vocatio, quod à se-  
cunda persona præteriti passivi κέκληση, verbi καλεω, voco,  
acceso, imploro, nomino, derivatur; ut hinc Ἐκκλησια  
Græcis ab initio proprium fuerit, postea autem ad sensum  
commodius exprimendum, id ipsum Latium adoptaverit, ac  
Ecclesia istam appellationem retinens ad hoc usque tempus  
propagaverit. Hebrais dicitur קבָּה, à radice קבָּה inusitata qui-  
dem;

dem. Germanis verò R̄ych/ à græco, uti nonnullis conjectare placet, ut hinc per v scribere satagant nomen κύρος, quod Dominum significat, quia in illius honorem hæc congregatio initur ac templo ædificantur. Secundo explanationem petit adjectivum filialis, vocabulum latinæ puritati incognitum, & moribus ecclesiæ introductum, quod utrum nomini substantivo filius vel filia originem debeat, h̄c non anxiè investigabo, certum tamen est in hac præsenti significatione à filia derivari; unde filia & filius, Philologi hand suaviter inter se conspirant; alii enim ortum græco, alii vero latino adscribunt, & quidem nonnulli primi ordinis ἀδελφίας, i.e. γένος, genus, natio, ex φύσι, nascor, transeunte v in ; sicut ex φύσι etiam descendit fio, hinc apud Eustachium οὐτε τοιεὶν ἀδελφός βάθος φιλοξενία, phrasis usitata invenitur. Alii ἀδελφίας, amicus vel amor, quia filius vel filia sunt amor & deliciæ parentum, & in hos omnium sit constantissimus parentum amor, Suid. in vet. Lexic. Secundi ordinis verò à nomine latino filum, quod scilicet per filias familiarum & generis humani nexus conservetur; prout vicissim per filios generationis filum in posteris procedendi sustinetur, alleg. Suid. Vel denique à familia, quia filius & filia in nascentium ordine primi inveniuntur. Vid. überius Matth. Martin. Lex. hujus vocis Etymon explanantis.

## II.

Synonymiam quod concernit Ecclesiæ, varia etiam hinc inde colligi possunt vocabula, eadem exprimentia, vocatur enim (1) Templum Deo dicatum; hinc Juvenalis Sat. 6.

*Eff̄e aliquod Numen templis aræg rubenti.*

Dicitur (2) ædes in singul. in plurali vero semper vocula sacra ideo apponitur, quia in hoc sensu & privatorum ædificia comprehenduntur. Fab. in Lex. In ecclesia primitiva (3) κυριακὴ, i. e. Dominica illa appellabatur, quia laudes & gratias, quas secundum l. i. C. de offic. præf. Afric. Domino Deo exhibere

bere

bere omnes debemus , primi Christiani ibidem effundebant .  
 B. D. Linck. d. jur. templ. c. 1. n. 9. & 13. add. Gold. tom. 3. antiqu. f. 1. & 125. sub hujus (4) nomine venerunt etiam Basiliæ , quia ibidem βασιλεῖ τὸ βασιλεῖον , sive omnium regi cultus & sacrificia fiebant , c. non oportet. 2. distinet. 42. cap. nunc autem. 36. X. de relig. dom. Isidor. lib. 15. Orig. c. 4. quamvis de jure civili Basilica , non locum sacrum , sed publicum , in quo populus Romanus judicia exercebat , denotet , l. 32. §. 4. ff. de aur. & arg. leg. l. 137. §. 6. d. V.O. l. 21. C. d. oper. publ. Jus Civile (5) Ecclesiæ nominat ἱερόνεια sive Oratoria , Nov. 123. c. 18. & Nov. 131. cap. 7. quam denominationem etiam secuti sacri veteres canones , can. monasterium. 33. c. 16. qu. 7. Quæ tamen significatio in canonibus Conciliorum posteriorum ad loca , privatorum precibus domesticis destinata , valde restricta invenitur , c. unicuiq. 33. de consecr. dist. 1. c. 34. c. si quis. 35. dist. 1. Linck. ad Decretal. tit. de eccles. adif. vel repar. §. 5. Engel. eod. tit. n. 2. Vocatæ etiam Ecclesiæ (6) sunt Martyria , quia in martyrum memoriam quandoque cernuntur exstræta , Augustin. de civit. Dei , lib. 8. c. 27. Denique etiam (7) Monasteriorum nomine fuere significata. Lehmann. lib. 2. Chron. Spir. c. 33. Alia , i. e. delubrum , fanum , sacrarium , facellum , aditum , & quæ sunt reliqua vocabula , ut sicco pede præteream , quia per hæc partim Gentilium Deorum templa , partim etiam Ecclesiarum nostrarum partes ita vocantur , ceu cuvis per se oppido obvium . Ad vocem Filialem porro quod attinet , illa idem quandoq; denotat ac primitiva vocula Filia. B. Linck. ad Decretal. tit. d. eccl. adif. vel repar. §. 1. uti vicissim ejus correlatum matrix audit ; item & filialis coadjutrix salutatur ap. Tholos. syntagm. jur. univers. lib. 15. c. 29. n. 3. Non aliâ ratione ac quandoque & certo respectu sub capellæ nomine venit , cap. 12. X. de rescript. Lambertin. in tract. de jure patron. p. 1. lib. 2. quæst. 2. princip. art. 15. n. 1. & 2. Fagn. p. 2. ad decretal. tit. de eccles. adif. vel repar. n. 4. Card. verò cons. 30. n. 1. ad fin. v. parochia

*rochia.* peculiari illam nomine impertitur ac vocat ecclesiam Adhaerentem Parochiæ. Apud Menochium Accessoria audit, quia alteri adjuncta est, consil. 14. n. 24. Barbos. de jur. eccl. universal. lib. 3. cap. 16. n. 9. quemadmodum apud nos Germanos nonnunquam denominatur *ein Tochterlein* / oder eine Filial- Neben- oder Bey- Kirchen.

## III.

Ecclesiæ Homonymia consideratur vel in sensu politico pro populo evocato ad audiendum Reipublicæ negotia; inde Athenienses duos quondam habuere conventus: Ecclesiæ & Agoras. Ecclesia ordinatum totius populi conventum & per altam publici præconis vocem vel tubam evocatam significabat: Agora viceversa confusam, promiscuamq; congregacionem; vel in sensu Ecclesiastico seu Canonico. Illam Atheniensibus usu receptam nominationem primi Christiani introduxerunt, quia homines tartarei regni vasalli ad exaudienda dogmata Christi divini verbi præconio evocantur, B. Kromayer. *Theol. positiv. Polem. loc. de Ecclesia.* Hic est coetus fidelium ac creditum, can. ecclesia. de consecr. dist. 1. c. legitimus. dist. 93. can. multa. c. 1. 9. 1. can. loquitur. c. 24. q. 1. Carpz. p. 2. *Jurispr. eccl. confit. tit. 22. def. 334. n. 1.* In hac mea vero Dissertatione sumitur pro consueto isto juris & canonici & civilis termino, scilicet sacra structura & ædificio, in qua ad audiendum Dei verbum & sacramenta percipienda consuetis horis convenienti fideles, l. 46. C. de episc. & cler. ac diversis titulis C. de SS. eccl. item de his, qui ad eccl. config. ac Decretal. de eccl. adific. vel repar. de immunit. eccl. & alios plures. Quamnam vero ecclesiam visibilem & invisibilem; item triumphantem & militarem Theologi nominent, plus satis ex compendiis eorundem patescit. Id solum adhuc significantur restat, quod jus canonicum ecclesiam diversimode dispensaverit, dum secundum istud alia Basilica; alia Cathedralis; alia Collegiata; alia Regularis; alia Parochialis; alia Baptismalis; alia

¶ 9. ¶

alia denique Matrix sive Mater ; alia vero Filia sive Filialis  
vocatur, quarum descriptiones exhibuit B. Dn. Linck. *in comment. ad Decretal. tit. d. eccles. adif. vel repar. §. 2.* Significatus  
vero Ecclesiæ Filialis non adeo varius est, nisi & eam hic sub-  
intelligere velis Ecclesiam, quæ, posteaquam igne consumta  
vel alia ratione destructa existit, ratione auditorum unitur  
cum vicina quadam, *arg. cap. 2. X. d. dom. relig. vel nisi & re-*  
*liquas Ecclesias Cathedrali subordinatas respectu hujus Cathe-*  
*dralis Filias appellate malis, ceu & illa Mater dicitur.*

## C A P. II.

### Sistit Ecclesiæ Filialis descriptionem & ejus divisionem.

#### S. I.

**C**um autem in rebus proponendis necessarium requisitum  
sit, ut illa, quæ adducuntur Descriptione quadam animo  
inculcentur, ideo & sequentem exhibeo Ecclesiæ Filialis de-  
finitionem : quod scilicet illa sit Ecclesia minus principalis,  
quæ alteri cuidam, nempe Matrici, ita subjecta est, ut ab hac de-  
pendeat, eidemq; honorem & obsequium præstare teneatur,  
*Rebuff. in tr. de decim. quest. 6. num. 7. Azor. inst. moral. p. 2.*  
*lib. 9. c. 3. in fin.* Generis loco usus verbis : Ecclesiæ minus  
principalis, non hac forsitan intentione, ac si hæ non conveni-  
enti modo, ut reliqua Ecclesiæ ædificatae ac consecratae exi-  
stant ; siquidem omnes solemnitates, quinimo quandoque plu-  
res adhibentur, *c. 3. X. de eccles. adif. vel repar.* Gonzal. Tellez.  
*in alleg. capit.* sed potius ob ejus affinitatem, quam illa habet  
cum Capellis, Sacellis & Oratoriis ab Episcopo consecratis,  
vid. Prosp. Fagn. *p. 2. tit. X. de eccles. adif. vel repar. n. 21.* vel  
etiam ratione Principalis Matricis, nempe à qua Filialis de-  
pendet, & esse suum & privilegia, ut accessiorum, fortitur,  
*Carpz. jurispr. consist.* *lib. 2. tit. 22. def. 343. n. 11.* ac disciplina  
B

Matris

Matris regitur , Ant. Fab. de relig. reg. in rebus. lib. 3. cap. 16.  
 n. 4. & seq. Maxime quum in eadem Parochia principales duas  
 simul esse Ecclesias Canones aversentur , arg. can. baptismales.  
 & seqq. c. 16. qu. 1. Porro descriptioni supra traditæ inserui  
 verba : cuidam superiori , nempe Matrici , subjecta ; Hic ergo o-  
 currit vocabulum Matrix , quod sensum in se homonymicum in-  
 volvit ; ego enim illud in significatione magis propria & stri-  
 cta adhibui , quatenus scil. respectum quandam ad certum cor-  
 relatum requirit , illudq; ut necessarium consequens continet ;  
 non lato illo significatu , quo Romanam suam Ecclesiam omni-  
 um Matricem Pontificis jactitant , indeq; illam omnium pri-  
 marum Matrem appellant ; nec etiam quatenus eam Matricem  
 Cathedralem Ecclesiam cap. 22. X. de V. S. ibi : per Matricem Ec-  
 clesiam Cathedralem intelligi volumus ; nominat hac ex ratio-  
 ne , quia omnes Diocesos Ecclesias Parochiales in se compre-  
 hensas habet , Suarez. de relig. dom. tr. 2. de decim. lib. 1. c. 24.  
 n. 1. Rot. decis. 272. n. 3. p. 1. Nostra Ecclesiae Matrici à me indi-  
 gitata subjectio non denotat aliquam superioritatem talem ,  
 ut imperium quoddam in Filiam Matrici attributum esse ve-  
 lim , sed potius ministerium & piam animarum curam , qua fi-  
 lialis illi adjuncta & subordinata dicitur . Hinc bene & sapi-  
 enter Magnif. Dn. Ziegler. ad Lancellot. instit. jur. can. moneret .  
 Inter particulares Ecclesias est relatio , non καθ' οὐρανού , ut  
 inter Matrem & filiam , dominam & subjectam , caput & mem-  
 bra : sed κατ' οἰκίαν , ut inter pares collaterales , haud secus ac  
 inter membra οἰστωμα aut forores in una familia . Licet igit  
 foror altera alteram ætate aut virtute possit anteire , non  
 tamen dominationem in illam , quatenus foror est , habet , lib. 1.  
 tit. 5. sub §. 5. Pariter nec reliqua descriptionis verba : ut  
 huic honorem & obsequium præstare teneatur , servitutem  
 quandam involvunt , ac si illa , ut serva , ad omnia officia contra  
 voluntatem suam adstringatur , sed potius suavem quandam  
 harmoniam & conspirationem , quam illa ut minor ma-  
 jori

¶ 11. ¶

jori in peragendis sacris præstare debet, c. ad audientiam. 3. X.  
de eccles. adif. vel repar. & Dn. Barbos. ad illud. Soar. de relig.  
tract. de decim. lib. i. c. 24. n. 1. quæ autem illa subjectionis si-  
gna in specie sint, infra pluribus demonstrare satagam.

II.

Ecclesia filialis dividitur (1) in eam, quæ constituitur per  
speciale separationem ab Ecclesia Matrice ob certas causas  
secundum cap. 3. X. de eccles. adif. vel repar. Concil. Trid. cap. 4.  
sess. 21. Fagn. p. 2. de eccles. adif. n. 2. ad Decret. vel eam, quæ fit  
per unionem. Hæc ecclesia filialis unita (2) iterum subdivi-  
ditur vel in eam, quæ (1) uni vel pluribus Ecclesiis ita uni-  
tur, ut altera Mater, altera vero filia exinde fiat, hac tamen sub  
limitatione, ut filia pristinis suis in perpetuum illæse gaudeat  
immunitatibus, & maneat principalis, suaque habeat statuta,  
Gloss. verb. unire. in e. temporis. c. 16. q. 1. & verb. uniendo. in  
cap. 1. X. ne sed. vac. Rot. decis. 114. n. 72. p. 2. divers. Garc. de  
benef. p. 2. c. 2. n. 37. Tambur. de jur. abbat. tom. 5. diff. 15. q. 5.  
n. 4. vel (2) in eam, quæ Ecclesiæ alteri eum in finem conjun-  
gitur, ut privilegia illi data, huic etiam competant, quod si  
autem hujus fuerint contraria meliora & favorabiliora eidem  
quoque conservabuntur, Petr. d. Perus. de union. c. 2. n. 3. Petr.  
Gregor. de benefic. c. 20. n. 15. Garc. de benefic. c. 20. n. 11. vel  
(3) in eam, quæ alteri Ecclesiæ ita subjicitur, ut hæc pristinas  
amittat immunitates & tanquam filia Matris, cui incorporata,  
privilegia acquirat, cap. cum dilectus. X. de his, quæ vi met. caus.  
& gloss. ibid. in verb. Ecclesia; unde vulgariter effertur, das Fi-  
llial gehört zu seiner rechten Pfarr-Kyrchen. Menoch. 2. arbitr.  
cent. 1. cas. 65. n. 8. Keller. de offic. jurid. lib. 2. c. 11. fol. 382. quod  
ipsum per accessionem ita constituitur. Dd. in cap. cum acceſſe-  
rint. X. de constit. factam prædio beneficii principalis, Gam-  
bar. lib. 5. de potest. legat. de lat. n. 139. Verall. decis. 149. n. 2.  
p. 3.

B 2

CAP. III.

## C A P . III.

Pertractans personas, quæ Ecclesiam filialem  
constituere possunt.

## S. I.

**E**xposita definitione & divisione, ponderare etiam, cuius-nam autoritate ecclesia filialis constitui possit, quam maxime juvabit. Omnibus autem ex antiquis primæ Ecclesiæ rerum gestarum monumentis dubio procul constat, quatuor istos Episcopos primitivæ Ecclesiæ omnem rem illius, unde etiam nomen suum fortiti, non quidem ac si Jurisdictione quadam gauderent, gessisse, & nonnunquam Christianorum controversias secundum Apostoli 1. ad Cor. 6. v. 1. & seq. amicabiliter composuisse, donec tandem Episcopus Romanus præ cæteris fulgere coepit & à clero in summa abundantia opibus acquisitis, ejus in Ecclesiasticis per multas terræ plagas late excrevit potestas, plures, ut commodis Ecclesiæ prospicerent, subordinavit viros magna dignitate & mitra Episcopali coruscantes, uti de his fusi legi potest D. Barbos. de jur. eccles. univ. per tot. lib. 1.

## II.

Quibus Episcopis simul concessum jus diœcesanum mul-tum conducit in constituendis Ecclesiis Filialibus nostris. Cum enim, uti in præcedente cap. monui, istæ duplice modo constituantur, ideoque singula, ut suo ordine perlustrem, fas erit. Requiritur ergo Episcopi autoritas ad id omnino, ut per separationem Filialis à Matrice nova ædicula exstruatur; siquidem hic in causam hujus separationis sub exploratione proba inquirat sedulo, quia negotium est maximi momenti, idcirco speciali cause cognitione præ cæteris est opus, c. nemo. & c. placuit. de consecr. dist. 1. & cap. ad hæc. X. de relig. dom. cap. cum olim. vers. insuper. X. de privileg. c. 3. de eccles. adif. vel re-

par.

par. Fusc. de visit. lib. 2. c. 10. n. 2. Zerol. in prax. episc. p. 1. verb. eccles. princip. Piafec. in simil. prax. c. 1. &c. Ricc. in prax. aur. ref. 11. ut adeo consensus episcopi non solum ob autoritatem & approbationem meram, sed & ecclesiæ utilitatem accedere debeat, quo ponderet, an causa illa ædificandi movens justa & ædificatio institutis Ecclesiasticis sit conformis, c. si quis. 10. de consecr. dist. 1. nec in alterius præjudicium fiat. Gonzal. Tellez. ad cap. 3. X. de eccles. adif. & an adsint fructus & redditus sufficientes, ut ædes construvi, conservari, & Ecclesiæ minister sustentari valeat. alleg. cap. 3. atque ædificium extruatur loco congruo, prius commercio hominum liberato, arg. princ. & §. 7. Inst. d. R. D. quia subjicitur Deo & vice versa privati ab ejus possessione excluduntur. Locamer. in not. ad §. 7. Inst. de R. D.

## III.

De jure quidem civili nulla Ecclesia inscio Imperatore ædificari potuit, quod Imppp. Valens. Theodos. & Arcad. in L. nemo. C. de relig. & sunt. fun. constituerunt, usque dum episcopis potestatem hanc Imperator Justinianus concesserit, cum publica sancivit lege, non licere cuiquam sine præscitu & Episcopi dioecesani precibus Ecclesiam extruere, sub quounque etiam praetextu, Nov. 67. c. 1. ejus verba: *Sancimus, pre omnibus quidem illud fieri, nulli licentiam esse ( unde monasteriorum, unde εκκλησιας, unde εκκλησιον αρχεως οικοδομαιν, ) neq; monasterium, neq; Ecclesiam, neq; orationis domum incipere adificare, antequam civitatis Deo amabilis Episcopus orationem in loco faciat &c. & Nov. 131. c. 7. Si quis voluerit fabricare venerabile oratorium ( σεβασμον ευκτησιον η μοναστηριον) præcipimus, non aliter inchoandam fabricam, nisi locorum sanctissimus Episcopus orationem ibi fecerit & venerabilem fixerit crucem &c.* Proinde Episcopi autoritatem in ædificanda Filiali non minus necessariam duco, quam in extirpatione matris eandem requireo, quum etiam jamdum disposuit Concilium Chalcedonense, can. 4. in verbis:

*V*isum est, nullum unquam adificari & construi posse monasterium, vel oratorium domum, prater sententiam ipsius civitatis Episcopi.

## IV.

Quodsi autem ecclesia filialis ædificetur de facto & citra Episcopi consensum, nihilominus tamen hæc toleratur, modo adsit justa causa, nec id in grande matrici vergat præjudicium, *cap. 3. X. de eccles. adif. vel repar.* & alia requisita supervenerint; præsumitur enim, dum scivit filiale construi & non impedit, nec contradixit, cum tamen facile potuerit, *c. 43. de R. J. in oto l. 13. §. 11. ff. loc. cond.* consensisse ob favorem piaæ intentionis, *Sel. de benefic. p. 1. q. 6. n. 21. Azor. inst. moral. p. 2. l. 9. c. 3. q. 6.* qui consensus, si post extructam illam accedat, omnino etiam sufficit, *arg. l. 50. ff. mand. l. 16. §. 1. ff. d. pign. l. 56. ff. de jud. l. 1. §. 14. de vi & viæ arm. l. f. C. ad SCt. Maced. l. 6. §. 9. & 10. ff. de neg. gest. l. 9. eod.* uti putat Steph. Vveims ad constit. 24. ex antiqu. jur. desunt. & per Concil. Trident. innov. const. 69. n. 9. In casu autem filiæ extructæ invito Episcopo cessantibus Canonum requisitis, illa jure meritoq; destrui potest, *cap. 1. & t. t. X. de nov. op. nunc.* secus tamen foret, si Episcopus filiæ ædificationi absq; ulla justæ causæ allegatione annuere recusaret, sic enim aditum ædificantes ad Episcopi superiorem parare possunt, non minus quam in aliis gravaminum casibus, ut superior vel ipse consensum per suam approbationem suppleat, Steph. Vveims de constit. tit. 19. n. 8. Siquidem secundum Pontificiorum hypothesin Pontifex dignitates & ecclesiastice hierarchiæ ordines omnes præcedit, ordinariorum ordinarius est, & cum quolibet ordinario & prælato inferiori concurrentem jurisdictionem habeat, *c. cum ita. 17. & c. per principalem. f. caus. 9. q. 3.* eidemque omnes Episcopi sunt subjecti, Engel. lib. 1. coll. jurid. can. tit. 28. §. 1. n. 3. B. Dn. Linck. de jur. episc. cap. 4. n. 79.

## V. Uti

## V.

Uti autem per Episcopum Ecclesiæ Filialis constitutio in separatione à matrice fieri canones præcipiunt; ita eo magis illius adhibenda est autoritas in uniendis ecclesiis , quia hæc res est odiosa , & multarum circumstantiarum trutina adhibenda esse videtur, cap. sicut unire. X. de excess. pr. lat. Garf. de benef. p. 12. cap. 2. n. 62. Sanch. de precept. decal. tom. 2. lib. 7. cap. 29. n. 147. Modo hæc uniones sint perpetuae ; nam si fuerint temporales, uniendi facultas Episcopo ademta censetur, quia ad vitam beneficiarii celebratae uniones quandam præ se ferunt odii speciem, & contra communem juris formam aut saltem præter illam introductæ æstimantur, quia ita non ecclesiis, sed personis providetur , Staphil. de litt. Grat. tit. de mod. provis. n. 19. Azor. Instit. Moral. lib. 6. cap. 27. q. 17. Papon. lib. 3. quest. tit. 8. arrest. 1. Zeroll. in prax. Episc. p. 1. verb. unio. n. 7.

## VI.

Legatus à latere, qui Episcopo major , permittere potest, ut ecclesia filia in ea provincia, in quam missus est, adificetur & uniatur , modo adsit rationalibilis causa, & non in præjudicium Episcopi cedat , quia hic tantum valet in provincia, quantum Episcopus in Diœcesi sua , Abbas in cap. sicut unire. n. 5. de excess. pr. lat. & in cap. fin. de confirm. util. n. 8. Rebuff. in prax. tit. de union. n. 24. & in reg. de union. gloss. II. n. 13. Hoved. de incomp. benef. p. 2. c. 3. n. 7. v. ulterius legat. Garf. de benef. p. 12. c. 2. n. 65. Siquidem legatus hic libera pollet etiam potestate ecclesiæ secularem filialem adjungere monasterio ex causa magni momenti & vocatis omnibus illis , quorum interest, modo exinde etiam nihil derogetur juribus Episcopi, quo pacto per monachum ecclesia filialis regitur , Gambar. de offic. & potest. legat. à lat. lib. 5. n. 105. Azor. Instit. moral. cap. 29. q. 20.

## VII. Mor-

## VII.

Mortuo Episcopo capitulum sede vacante ecclesiam filialem quocunque modo constituere potest, quia Ecclesiæ cathedralis capitulum cum Episcopo unum corpus efficit, eoque mortuo in episcopali Jurisdictione succedit, per cap. his quæ. & cap. cum olim. 14. X. de major. & obed. Licet enim cap. 1. & 2. X. ne sed. vac. aliquid inn. ut obstantia allegentur, quod nempe illud vacante sede nihil innovare, nec Ecclesiæ statum mutare nec conferre beneficia queat, hoc tamen in iis solummodo procedit, quæ Episcopo non tanquam Episcopo, sed ex speciali privilegio competunt, atque potius gratiæ quam justitiae sunt, nisi collatio pariter ad Episcopum & capitulum pertineat, quo casu enim capitulum sede vacante quoque in his collationem habet, cap. un. ne sed. vacant. in oto. In aliis vero, quæ ex necessitate aut justitia expediuntur, & quæ contentiose sunt jurisdictionis ac Episcopo ordinario competunt, capitulum sede vacante procedere & Episcopi jura exercere non prohibetur. vid. Engel. lib. 1. colleg. jur. can. tit. 32. n. 8. hoc enim in universum omnes actus Episcopalis juris exercet, nisi quidam expresse excipiatur, Gloff. & DD. ad d. cap. Martin. Azpilc. d. temp. ad consil. 44. n. 1. Azor. p. 2. Inst. moral. lib. 2. c. 37. q. 6. Card. Tusch. pract. concl. lit. C. concl. 56. n. 2. Barbos. lib. 1. de jur. eccl. univ. c. 32. n. 61. Laym. d. prælat. eccl. elect. c. 5. q. 49.

## VIII.

Aliud plane obtinet in vicario generali Episcopi & Abbatte vel alio prælato episcopo inferiori: Ille enim, cum in constitutis Filialibus cognitio causæ potissimum requisitum sit, has absque speciali concessione Episcopi constitutere haud vallet, Socin. in cap. sicut unire. X. de excess. prælat. art. 3. n. 43. & seq. Paris. cons. 40. n. 1. 2. vol. 4. Cuch. lib. 2. Inst. major. tit. 8. n. 106. Perus. de union. c. 4. n. 32. Narbon. de appell. a Vicar. ad Episc. p. 1. n. 223. Etiamsi illi data sit potestas cum generali clau-

clausula Sbroz. de vicar. Episc. l. 2. q. 115. Rebuff. tit. 9. d. union. benef. Garc. de benef. p. 12. c. 2. n. 69. Hic tamen ejusmodi facultate haud gaudet, nisi hæc ex privilegio vel præscriptione immemoriali vel quadragenaria cum titulo ipsi sit acquisita, Gloss. verb. ordinarios. in clement. i. §. ad haec de stat. monach. Rebuff. d. t. n. 29. & 30. Azor. d. l. lib. 6. cap. 48. q. 7. Sanchez. alleg. loc. cap. 49. n. 159. aut monasterio suo subjectas habeat ecclesias, ut in illis jurisdictione quasi Episcopali fruatur. Sic enim Prælatus vel Abbas, quæ alias in suis Episcopi possunt, similiter in suis dioecesibus ad Jurisdictionem spectantia justi exercent ob rationem, quia hæc non est propria Episcoporum, sed quasi consecratione eorundem annexa est. Socin. in d. c. sicut unire. art. 3. n. 41. & 42. Flores de Mena libr. 3. qu. 42. num. 15.

### IX.

Apud nos protestantes vero, licet similes Episcopos, ut in Ecclesia Romana clericali qualitate præditos, non amplius habemus, in constitutione tamen filialium Ecclesiarum istius consensus, qui juribus circa sacra pollet, nec non in exercitio iurium Episcopalis vices & Pontificis & Episcopi in suis directionibus subit, necessarius est. Sic has extra imperium romanum nonnulli Reges per suos Consiliarios Ecclesiasticos & Consistoria cum causa cognitione constituunt, quod itidem omnes Status Imperii Romano-Germanici Augustanae Confessioni additi exercent jus. Dn. Linck. de Jur. Episc. c. 4. n. 101. nec non Nobiles immediati imperii, utpote qui in suis territoriis singulari ex privilegio idem possunt. Quod jus iisdem omnibus, non tantum tractatione Passavensi, aliisque imperii constitutionibus expressum concessum, sed & per instrumentum pacis Monaster. Cæsareo Suec. expressum vers. §. 16. n. 47. confirmatum in verbis: *Jus diaconum & tota Jurisdictione Ecclesiastica cum omnibus suis speciebus contra Augustanae Confessionis Electores, Principes, Status (comprehensa libera im-*

C

periz



perè nobilitate) eorumq; subditos tam inter Catholicos & Augustanae Confessioni addicōs, quam inter ipsos solos Augustanae Confessionis Status usque ad compositionem Christianam dissidii religionis suspensa esto & intra terminos territorii cuiusq; jus diocesanum & Jurisdicō Ecclesiastica se contineat. Ut adeo Augustanae Confessioni addicē duplē personam secularem & ecclesiasticam præsentare cœperint, Kizel, de matrim. cap. 10. th. 8. lit. D. Finckelth. de jur. patronat. ecclesiast. cap. 4. n. 15. Carpz. lib. I. Jurispr. confit. tit. I. def. 2. per tot.

## C A P. IV.

### Examinat causas, ob quas ecclesia filialis efficitur.

#### S. I.

**C**um causarum inquisitio ad constituendam ecclesiam filialē maxime requiritur, de his specialiter hic agere, materia utilitas suadet. Sunt autem multæ & diversæ, quæ omnes sese partim in partiali separatione, dum ædificatur nova ecclesia vel inaugurator capella, partim vero in unionē duarum vel plurium Ecclesiarum vel beneficiorum exerunt. Primo suadet constructionem ecclesiæ filialis paroecianorum incrementum, can. præcipimus. 53. c. 16. q. 1. verbo nempe Christi radices agente tam in fidelium cordibus, quam infidelibus ad vera Christi dogmata conversis vel dum in vicinia novus pagus extruitur, qui tamen sufficiētes ad extruendam novam Ecclesiam ac alendum Sacerdotem suppeditare sumtus haud valet. Matrix autem crescentem indies magis magisque gregem commode recipere nequeat, separatio hæc est suscipienda, ita ut, prout jamjam adductum, vel plane nova ecclesia filia præparetur, vel quædam extans capella eum in finem consecretur, d. c. præcipimus. caus. 16. q. 1. B. Dn. Linck. ad decretal. tit. X. de eccles. adif. vel repar. Gonz. Tellez. ad cap. 3. X. alleg. tit.

II. Ple-

Plebis secundo commoditas similiter hanc memoratam provisionem exigit, cap. ad audienciam. 3. X. de eccl. ædific. vel reparand. quando nempe propter nimiam Ecclesiæ futuræ Matri-  
cis distantiam sine magno incommodo, præcipue vero hiemali tempore, imbris & nivibus impeditientibus vel ob ætatem & virium suarum defectum ad percipienda sacramenta divina-  
que officia audienda parochiani accedere haud possunt, novæ ecclesiæ filialis in ipsius parochiæ liminibus ædificatione opus esse videtur, Barbos. de Jur. Episc. univ. lib. 1. c. 20. n. 33. per tot. Salgad. de protect. reg. tom. 1. p. 3. c. 5. n. 1. cum multis seqq. Me-  
noch. conf. 477. Bim. conf. 184. vol. 2. Henr. conf. 60. Joh. Bapt. Costa. de remed. subsidiari. remed. 75. c. 67. n. 2. Card. Tusch. tom. 2.  
lit. P. conclus. 98. princip. id quod amplius Concilium Tridenti-  
num sess. 21. de reform. c. 4. verbis his confirmavit: *Episcopi tan-  
quam sedis Apostolice delegati in omnibus Ecclesiis Parochialibus  
vel baptis malibus, in quibus populus ita numerosus fit, ut unus  
Rector non possit sufficere Ecclesiasticis Sacramentis, & Cultu  
divino peragendo, cogant Rectores vel alios, ad quos pertinet,  
sibi tot Sacerdotes ad hoc munus adjungere, quot sufficiant ad  
sacramenta exhibenda, & Cultum divinum celebrandum. In  
iis vero, in quibus ob locorum distantiam, sive difficultatem,  
Parochiani sine magno incommodo ad percipienda sacramenta &  
divina officia audienda accedere non possunt, novas parochias se-  
cundum Constitutionis formam Alexandri III. quæ incipit ad au-  
dienciam. constituere possunt. vid. Roch. de Jur. patronat. verb.  
honorificum. q. 3. n. 10. Lambertin. in simili tract. p. 1. q. 3. art. 1.  
Gambar. d. offic. legat. lib. 5. tit. 18. Piasc. in prax. nov. Episc.  
p. 1. c. 5. n. 1. Sola autem hic distantia, si quæ demonstrari va-  
let, non sufficit, Rot. decif. 484. n. 2. apud Farin. p. 1. Sed ea  
duntaxat, qua aditum præbet Parochianis difficultem ad ma-  
tricem, Rot. decif. 204. n. 2. Qua difficultate accidente, si ibi-  
dem locorum Oratorium, Sacella, Capella, vel Ecclesia cum*

fonte baptismali adfuerint, Rector in sui adjutorium secundum Synodum Tridentinam *supra alleg.* ponere & nominare potest quendam, qui secum habitet, & certa pecunia summa singulis hebdomadibus porrecta, contentus sit, ut dictis in locis rem divinam faciat, qualem Diaconum Ecclesiae Matricis simul appellari moris est, arg. *cap. ad audientiam. 3. X. de eccles. adif. Menoch. conf. 477. n. 9. Costa. de remed. subfd. remed. 76. Aloys. Ricc. resol. 479. n. 6.* Utut hæc res tota judicis Ecclesiastici examini atque explorationi subjaceat: Cum hujus sit cognoscere de distantia difficult ac qualificata, Menoch. *de arb. cas. 495. Barbos. ad Decretal. lib. 3. c. 3. de eccles. adif. vel repar. num. 4.*

## III.

*Tertio* denique etiam dictam separationem universitatis Ecclesiasticae singularis ratio expostulat. B. Dn. Linck. *in comment. ad decret. tit. de eccles. adif. §. 4. circ. fin.* Cum enim huic prospiciendum, ne contagionibus aliquisque morbis coinquietur, leprosis ac infectionem causantibus cum coemeterio nova Ecclesia constituitur, *c. 2. X. de eccles. adif.* cui interdum proprius adsignatur Pastor, qui tamen una cum Ecclesia paret Matrici, ne hæc separatio vergat in ejus præjudicium, & id, quod ex pietate ac necessitate concessum, efficiat aggravationem, Barbos. *ad decretal. cap. 2. X. alleg.* nisi Ecclesia quedam jamjam habeat adjuncta sua nosocomia sive ædes leprosarias ac propriam parochiam constituat, sic parochus tam parochianorum sanorum quam lepororum, licet diversis temporibus, curam habere tenetur: Prout prope Noribergam similes Ecclesiae tres die denen Siechenköbeli angebauete Kyrchen conspicuntur, proprio presbytero gaudentes, qui tam ægrotis quam parochianis de cura animarum propicit. Interdum vero parocho certo destituitur, & Matricis ordinarius statis temporibus sacramenta confert, culcumque peragit divinum, quorsum certo respectu Ecclesia leprosa-

prosaria ad Divum Petri prope laudatam Noribergam referri possit ; Habet enim hæc ecclesia filialis cuiusdam speciem, dam Diaconus quidam Ecclesiæ Ägyptianæ vel etiam alterius cuiusdam in civitate populo ac malefanis ibidem commorantibus Dominicis & Feriatis diebus verbum Dei è suggestu proponit & exponit , sed solummodo his ægrotantibus sacram Eucharistiam exhibit ; Reliquo vero populo ob solam vicinatem præsente & hunc Cultum sacrum frequentante. Quales sacræ ædes Xenodochiales ac leprosariae , Germ. Hospital Kyrrchen audiunt , B.Dn.Linck. all. loc.

## IV.

Quod si sacramento fæse obstrinxisset Episcopus ac Superior Ecclesiæ , ne res Ecclesiasticas alienaret , attamen ob allegatas separationis causas non obstante isto juramento præstato potestate ædificandi filialem non destitutur , Sannig. ad decretal. d. eccl. edif. vel repar. n. 4. c. 1. Siquidem hoc Juramentum ad alienationes non necessarias restringendum est, B.Dn.Linck. alleg. tit. §. 5.

## V.

Quantum ad Constitutionem Ecclesiæ filialis per unionem attinet, duas circa hanc invenimus causas, quæ isthanc suadere solent, urgens nempe ejusdem necessitas ac evidens utilitas, c. 32. §. s. evidens. X. de præbend. c. eam. 4. X. d. etat. & qualit. præficiend. c. monasterium. 2. Clement. de reb. Eccles. non alienand. arg. c. 4. X. de R. J. Jul. Vivian. prax. jur. patronat. p. 3. l. 12. c. 13. n. 24. Prior casus urgentis necessitatis est, si tantâ egestate prematur Ecclesia, ut sit viribus destituta, proprium alendi Presbyterum, ob quam hæc unio cum altera Ecclesia eò justius admittitur , ne cultus divinus & animarum cura detimenti quid patiantur, c. eam te. 4. X. de etat. & qual. præfic. c. un. c. 10. q. 3. c. postquam. c. 16. q. 1. Clem. ne in agro. §. adhac. de stat. Monach. Concil. Trident. Sess. 21. de Reform. c. 1. ibi : propter earum paupertatem. Lancell. institut. jur. can. lib. 1. tit. 19. §. 2.

Huic prægnanti necessitati porrò accensetur nimia Ecclesiæ  
rum vicinitas, parochianorum magnum decrementum, reli-  
gionis per hæresin & schisma deformitas, templorum destruc-  
tio & denique temporum mutatio, c. 2. & c. fin. §. hostilitatis,  
c. 25. q. 2. abig. gloss. & Dd. Posterior autem utilitatis postu-  
lantis unionem causus accidit, si quando ad res diuinæ peragen-  
das ob fructuum tenuitatem Clerici idonei non reperiuntur,  
d. c. exposuisti. de præbend. & c. 1. X. ne sed. vac. ibi: Ne plus  
fuisse personæ quam Ecclesiæ viderentur. Rebuff. de union. benef.  
n. 39. Hojed. d. incomp. benef. p. 2. c. 3. n. 8. Ugolin. d. offic.  
episc. c. 52. in princip. n. 4.

## VI.

In constitutione itaque filialium ob supra modo alleg. cau-  
fas requiritur, ceu supra quoque incidenter monitum, Episco-  
pi vel Superioris accurata in causam inquisitio, in qua obser-  
vet, ne alteri Ecclesiæ grande exinde oriatur præjudicium,  
c. nemo. & c. placuit. de consecr. dist. 1. alioquin non toleratur,  
quod sit, cum vel matrix ad extruendam ædem sumptus exhibe-  
re, nec ad alimenta Rectori præstanda expensas facere pot-  
est, c. ad audiencem. 3. X. de eccles. edif. vel damnum existit  
in oblationibus, quæ ecclesiæ fieri solent, c. Eccles. cum seqq.  
caus. 16. q. 1. quodsi exstructio filialis legitime fuerit suscepta  
& Ecclesia matrix tantis non pollet viribus, ut contribuere  
aliquid possit vel contribuat quidem, sed insufficienter, expe-  
ctanda & querenda est aliunde congrua donatio, quo filialis  
construi, constructa conservari & pastor, qui ad cultum pera-  
gendum divinum in illa speciatione præsentatur, ali queat, ac  
custodes quoque habeant, unde vivant, nec non luminaria, qui-  
bus ad cultum externum Ecclesia utitur, parentur, Nov. 67.  
c. 2. c. 9. de consecr. dist. 1. quando vero accidit, ut ob subsidiou-  
rum defectum personæ recentia servientes filiali id, quod ipsis  
debetur, commode consequi haud valeant, aut ædificium ejus  
extet ruinosum aut plane concidat, ipse dioecesis Episcopus

de

de suo eidem providere tenetur, arg. c. 8. *X. de conserv. Eccles.*  
*Engel. in comment. ad decret. tit. d. eccles. adif. n. 6.* ubi insimul  
 annexit, quid hodiernis moribus obtineat, & quomodo Epi-  
 scopus de dote, quanta sufficiat, arbitrari soleat. Vid. Ziegler.  
*de vet. eccles. c. 7. n. 7.*

## VII.

Si vero circa unionem illegitimè fuerit processum, & ea  
 per sub- & obreptionem fuerit etiam ab ipso Pontifice summo  
 perpetrata, ipso jure nulla est, quia semper in hujus rescriptis  
 clausula haec, si preces veritate nitantur, c. 2. *X. de rescript.* in-  
 telligitur, Bellarmin. *decis. 617.* Caffad. *decis. 1. in fin. d. union.*  
 Quod ipsum etiam exigit Synodus Tridentina *Seff. 7. de re-*  
*form. c. 6.* Haec in simili rescripto gratiae efficit, ne valeat c. 27.  
*X. de rescript.* Sin vero ab ordinario vel alio Pontifice infe-  
 riore sine causa justa fuerit obtenta, ipso jure quidem non ir-  
 ritatur, sed præsumtio militat pro concedente, quod non abs-  
 que justa causa eandem permiserit, donec adversaria quædam  
 pars concessionem hanc esse subreptitiam exceptive demon-  
 straverit per c. 20. *X. de rescript.* Canis. *in summ. jur. can. tit. 2.*  
*lib. 1. Rebuff. reg. 21. d. union. gloss. 5. in fin. & gloss. 6. c. 2.*  
 Præsenti quidem meo asserto de unione permittenda obstat  
 videtur Synodus Tridentina, quæ vult, ne imposterum ecclesiæ  
 parochiales uniantur monasteriis aut abbatiiis aut dignitatibus  
 aut præbendis ecclesiæ cathedralis vel collegiatæ aut aliis be-  
 neficiis simplicibus hospitalibus aut militiis, *Seff. 24. de Reform.*  
*c. 13.* Hinc pro ista contrarietate evitanda Gonzal. *reg. 8. Can-*  
*cell. gloss. 5. §. 7. num. 7.* has excipit uniones tantum, quæ per-  
 aguntur ob fundationem, dotationem augmentum & conser-  
 vationem Collegiorum vel aliorum locorum piorum ad fidei  
 catholicæ defensionem & propagationem bonarumque artium  
 cultum; quod verum quoque est, siquidem Concil. Trid. c. I.  
 tantum loquitur de his Ecclesiis parochialibus, quæ ipso actu  
 curam exercere possunt, & ad quas uniendas nulla causa nota-  
 bilis

bilis adest; non vero de iis, ubi justa causa invenitur, vel si pa-  
rochia habitualiter sine actuali curæ exercitio extat, vel si sint  
alia beneficia secularia unienda, hæc enim per dicti Concilii  
decretum non prohibentur religioni consecrari ad hunc effe-  
ctum, ut per religiosos administrentur, Sanchez. in *præcept. de-*  
*cal. tom. 2. lib. 7. c. 29. n. 187. & seq.* Barbos. *de offic. episc. n. 31.*  
quales uniones nec mores Evangelici respuunt, sed utiq; pro  
re nata quandoq; similiter admittunt. vid. *Constit. Sax. Sere-*  
*niss. Elect. Sax. ad Constit. Lips. & Witteb. An. 1637. emissam.*  
Wann aber dergleichen Conjunctiones an unser Ober-Consisto-  
rium gehörig / und wir solche von dessen Verordneten und Räthen  
expedire/ auch ob darzu gnügsame rechtmäßige Ursachen verhan-  
den/ erkennen wissen wollen. v. Carpz. *lib. 1. Jurispr. Constit. tit. 10.*  
*def. 156.*

## C A P. V.

### Proponit Ritum & Modos, qvi occurrunt circa efformationem Ecclesiae Filialis.

#### S. I.

**E**Gi hactenus de causis, quæ suadent constitutionem Eccle-  
siae Filialis; nunc considerem necessum est Ritus sive So-  
lennitates, qui adhibentur circa eam constituendam. Ritus  
apud Pontificios nemo, nisi Episcopus, vel ab eo mandatum  
habens circa Constitutionem alicujus Ecclesiae exercet, c. nemo.  
*de consecr. dist. 1. Bellet. disq. Cler. p. 1. tit. d. Cleric. debit. §. 15.*  
*n. 2. Rota decis. 141. n. 5. p. 2. Ugolin. de offic. Episcop. c. 23. n. 1.*  
Ille nempe cuius diocepsi subjacet matrix. c. 42. X. de R. J. atq;  
*c. tua fraternitas. de consecr. Eccles. vel altar. Barbos. de offic.*  
*& potest. episc. p. 2. alleg. 27. n. 1.* Ceremonia autem, quæ aliis  
ædificandis Ecclesiis adhibentur, in constructione etiam filia-  
lis observandæ, ita ut filialis naturam semper Principalis reti-  
neat. Episcopus enim dioceses, prout jamjam Justinianus  
Imperator constituit in *Nov. 67. c. 1.* olim tenebatur in locum,

ubi

ubi fabrica ponenda crucem figere, & in instituta processione publica ædificationis causam populo significare ; cui actui canones alias adhuc superaddunt solennitates , c. 9. de consecr. deft. 1. quas ideo supersedeo hic referre, quia aliquin sunt satis notæ. In terris Protestantium ritus hinc inde variant , nisi quod illa extruenda consensu Consistorii, per quod Jura Episcopalia exercent Principes Evangelici, Carpzov. jurisprud. eccles. lib. 2. def. 334. alia tamen consecratione postea non est opus, nisi quod cum templum sit initandum, adhuc hodie id ipsum precibus, hymnis & solenni concione, interdum etiam sacramentorum administratione, fieri soleat, Dn. Stryck. in annot. ad Brunnem. jus ecclesiast. lib. 2. c. 2. n. 3.

## II.

Hi modo enarrati ritus nec ecclesiæ filialis ædificatio permittuntur , nisi prius notificatio facta sit omnibus illis , quorum hoc in negotio interest, c. si quis Presbyterum. 10. de reb. eccl. non alien. c. uniens. 3. c. super. a re judic. Dardis. de benef. sect. 6. c. 7. Sicque speciatim (1) Episcopi præsentia necessaria est , arg. c. nullus omnino. cauf. 16. qu. 7. c. 6. X. de relig. dom. Sed cum partim in Cap. III. de Autoritate & consenu Episcopi nonnulla proposuerim , hic tantummodo exponam , quid observandum , si ille dissentiat , nec Ecclesiam , prout ejus muneras est , consecrare velit . Si itaque ille à partibus requisitus non comparuerit , nec monitus causas haud factæ comparitionis suæ allegaverit , idque ultra quatuor distulerit menses , Patrono vel alii , quorum salus potissimum spectatur , alium quemvis Episcopum , ad officii sui partes circa novam extructam Ecclesiam filialem explendas , accersere de Jure Can. liberum erit , ceu Honорius IV. & Leo X. in Concilio Lateranensi disposuere : Nec ab alieno Episcopo consecrationem Ecclesia vel altaris aut cæmerii benedictionem petere , seu in Ecclesiis per eos pro tempore adiunctis , primum lapidem per alienum Episcopum ponî facere possunt , nisi ubi Ordinarioris bis aut ter cum debita reverentia &

D

instan-

instantia requisitus sine legitima causa id recusaverit. Lezan. in summ. quest. regul. tract. 3. verb. Ecclesia. n. 5. Tambur. de jur. abb. tom. 1. disp. 23. q. 7. Mirand. de manud. prelat. tom. 2. q. 39. art. 1. concl. 3. Hieron. Roderic. resol. 13. n. 4. Ecclesia tamen ab alio hoc modo consecrata, nihilominus filia in Episcopi dioce-  
sani negligentis consecrationem potestate manet, quoniam fi-  
lia, ut filia, à Matrice separari non potest, arg. c. 42. de R. J.  
quæ dispositio tamen hoc solummodo in casu neglectæ conse-  
crationis vires suas exerit, extra hunc vero Episcopus exot-  
icus, et si sumptus necessarios ad filiale exhibuerit ædifican-  
dam, ad consecrationem non admittitur, c. 1. c. 16. q. 6. nisi huic  
expresse hoc concederit Ordinarius, c. pia mentis, & seq. c. 16.  
q. 7. quoad unionem vero sciendum, si Episcopus in hanc no-  
lit consentire, eidem Jus adimitur Ecclesiam uniendam confe-  
rendi, c. sicut unire. X. de excess. pral.

## III.

Hujus Episcopi consensus non sufficit, sed requiritur, ut etiam Decanus capituli, si filialis constituitur, ad id citetur, ut convocet capitulum, cuius facta etiam unione sufficit consensus, c. circa. vers. postea. de jur. patronat. c. cum nos. de his, qua fiunt à pral. c. si qua. c. 12. q. 12. quod præcipue verum est, si constitu-  
tio fit per unionem, quia in unione major requiritur indago,  
quam separatione Ecclesiarum, per hanc enim Ecclesiæ augmen-  
tum, per illam vero decrementum aliquod capere videtur, Bar-  
bos. de jur. eccles. univ. lib. 3. c. 16. §. 2. n. 42. Sic pius est ra-  
tione intentionis Christi Ecclesiam multiplicare per separa-  
tionem & omnes fideles ad hanc adhortandi, c. Ecclesiæ. 28. c. 16.  
q. 7. c. Ecclesiæ. 13. de consecr. dist. 1. uniones vero semper odio-  
fæ judicantur, Valasc. de privil. paup. p. 1. q. 12.

## IV.

Non autem requiritur praesentia Rectoris vel parochi, qui beneficio eo tempore, quo seperatio vel unio instituitur, frui-  
tur, quia hæ effectum sortiuntur sine hujus præjudicio, Clem. 2.

de

27.

de reb. eccles. Et invito & contradicente eo negotium totum peragitur, quamvis id cedet illi in diminutionem honoris & commodi temporalis, c. ad audientiam. 3. X. de eccles. adif. Ho-  
stiens. n. 3. in verb. obventionis. Cardin. conf. 8. quidam Syndi-  
cus. n. 3. vers. dico tamen. Quamvis glossa in c. 2. dist. 99. sentiat,  
hanc separationem fieri non posse invito Rectore, nisi per  
Pontificem & de illius mandato, prout hoc factum fuit in alleg.  
c. 3. Idem vult glossa in verb. obventionis. dicens: hanc Ponti-  
ficem fecisse de plenitudine potestatis propter animarum pe-  
riculum, quod imminebat. Et quia præter proventus illius  
villæ Rector majoris Ecclesiæ competenter possit sustentari;  
sed Episcopus hanc facultatem non habet, nisi de consensu Re-  
ctoris Matricis Ecclesiæ, c. Ecclesiæ. & c. quicunq. c. 16. q. 1. quia  
non potest Jura illius Ecclesiæ dare alteri, c. 1. de reb. eccles. non  
alienand. & arg. c. constitutum. & c. pricipimus. c. 16. q. 1. qua-  
propter affirmabat Vincentius in alleg. cap. removeri appella-  
tionem, quia ex mandato Papæ proficiscitur, sed si fieret ab  
Episcopo appellare liceret; hanc vero controversiam sustulit Jus  
novissimum Concilii Tridentini in saepius alleg. c. sess. 21. de re-  
form. Nec parocciani regulariter in unione constituenda citan-  
di, licet quodammodo eorundem interesse videatur, Rebuff. in  
prax. benef. reg. 21. cancell. de union. gloss. 11. n. 10. 11. 12. Inter-  
rim tamen, si causam justam etiam impedientem unionem alle-  
gaverint, audiendi sunt, Hojed. de union. benef. p. 2. c. 3. n. 9. San-  
chez. in praecpt. decal. tom. 2. l. 7. c. 29. n. 163.

V.

Circa hanc separandi & uniendi Episcopis concessam facul-  
tatem, quæfio moveri solet, an Episcopus possit jure hanc exer-  
cere? quod merito affirmandum ex ratione hac, quia Episcopus  
plenam habet dispositionem Ecclesiarum sua diœcesis, c. san-  
ctorum. dist. 70. Hinc eas postulante necessitate & separare &  
unire potest. Sed obstat, quod Episcopus in Ecclesiis sua diœ-  
cessis non dominio gaudeat, sed fructuarii instar se habeat, c. 1.

D 2

& c.

& c. cum in officiis. X. de testam. Usufructarius vero circa rei formam nihil mutat, l. 1. ff. de usufr. sed re tantum uti frui salva ejus substantia potest, s. 1. inst. de usufr. Episcopus autem Ecclesias suæ dioceceseos separando vel uniendo utique mutaret ipsarum formam, arg. 1. fin. C. de vend. ver. civit. lib. 10. l. 2. & l. fin. C. de pred. decur. Zypæus contra biat. Cass. c. 12. cui accedit & hæc ratio, quamlibet Ecclesiam suam habere debere Rectorem, c. quia nonnulli. 3. c. conquerente. 6. de cler. non resid. c. præcipimus. 53. c. 16. q. 1. c. sanctorum. disf. 70. cui quandoque per separationem & unionem contravenitur, dum ex una plures, ex pluribus una efficiuntur. Cui dubio respondetur; Episcopum ratione quidem preventum Ecclesiarum dioceceseos pro usufructario haberi posse, in dioecesi tamen sua plenam dispositionem ex officiis sui & dignitatis plenitudine habet, ut ideo ob amplam Jurisdictionem eidem adhaerentem possit Ecclesias ex justis causis vel unire vel separare & ita efficere, ut unus Rector duabus simul possit certo respectu præesse Ecclesiis; hinc textus obstante de parochiis, quarum quælibet suum habere debet Rectorem, non autem de filialibus & Ecclesiis minus principalibus est accipiendus; vel hic loquitur textus de Ecclesiis Principalibus ejusdem generis non diversi, quod unus non possit simul præesse & Matrici & filiæ.

## VI.

Præter Episcopum (3) etiam est Patronus matricis adhibendus in ædificatione Ecclesiæ filialis, ne ipsi invito compatrionus adjungatur, Finckelth. de jur. patronat. ecclesiast. c. 4. n. 72. Ex quo simul querendum, an sufficientem dotem novæ ecclesiæ, quæ omnibus juribus matricis gavisura, præstare velit, nec ne? Si itaque velit, nullus aliis est admittendus, quia communio excitare solet discordias, l. cum pater. 27. s. dulcissimus. 20. de legat. 2. Et nemo invitus ad eam compelli debet, l. si non sortem. 26. s. si centum. 4. ff. d. condic. indeb. l. f. C. commun. divid. ne in plures socios invitus quis distingatur, arg. l. 2. ff. de exercit.

erit. act. ac Ecclesiæ insimul conducibilis sit, ne multis Patronis oneretur, quia nōumento ipsi est, plures defensores, si res postulaverit, alere. Roch. de Curt. de jur. patron. rubr. de fundat. eccles. n. 4. Lambert. lib. 1. q. princip. 1. art. 12. n. 2. & 3. fol. 18. Quedsi vero velit quidem, sed egestate pressus non possit Patronus matricis filialem Ecclesiæ ædificare vel dotare ob res angustas domi, justum est, ut filiali novus Patronus assumatur, cuius tamen matricis patronus compatrionus nihilominus ratione filialis manet. Novus autem ideo admittitur, ne pia causa & urgens necessitas in longius differatur, & per hoc cultus divinus impediatur, quem omnibus modis promovere convenit, licet de eo arbitrium Judicis Ecclesiastici non sit negligendum, Redoan. in tract. de reb. eccles. non alienand. q. 10. de caus. util. n. 54. Roch. de Curt. rubric. de acquisit. jur. patronat. n. 20. verf. et si non esset utile Ecclesia. Barbof. de claus. usu frequent. claus. 152. n. 5. casu vero, quo matricis Patronus, et si possit filialem ædificare & dotare recusat, amittit jus patronatus in filiali, & hæc suo peculiari gaudet Patrono, Lambert. de jur. patron. lib. 3. quæst. princ. 7. art. 5. n. 1. 2. 3. Quamvis in hac susceptione Patrocinii omnibus præferatur, etiam Patrono matricis, dominus, in cuius feudo vel castro filialis est exstruenda, arg. c. monasterium. c. 16. q. 7. hoc enim modo feudo ejus inhæredit jus patronatus, tanquam servitus ecclesiæ, secundum Panormit. in c. 2. §. 9. X. de jur. patron.

## VII.

Si vero Ecclesia filialis casu perierit, v. g. æde sacra incendio consumita vel etiam terræ motu vel vitio suo collapsa & Patronus postea matricis illam reædificare voluerit in præjudicium anterioris Patroni filialis, cum & hic illam reædificare gestiat, non est admittendus, et si antea Jus quæsitum habuerit; hoc enim, quod semel placuit, displicere nunc eidem amplius non potest, c. 21. de R. J. in 6to. nisi pristinus Patronus, cum ad id jure teneatur, hoc præstare renuerit, arg. c. 23. X. de

D 3

R. J.

R. 7. & c. vii. X. de crim. fals. c. 6. X. de privil. Finckelth. de jur. patronat. c. 4. n. 29. tunc ille, ut extraneus, consentiente Episcopo, Ecclesiam filialem adificare & ex ejus redintegratio-  
ne jus patronatus sibi acquirere potest, Nov. 67. c. 2. vers. se autem non sufficiat. Garc. de benef. p. 5. c. 9. n. 51. Secus est, si filialis non in totum destruta, sed per partes tantum reficien-  
da, sic enim prior, hanc non restaurans, jus suum non amittit, neque reficiens matricis Patronus jus ullum exinde consequi-  
tur, quia reficiens proprie non dicitur aliquid facere, arg. I. se ita legatum sit. 65. S. se domus. 2. ff. de legat. 1. Lambert. lib. 30.  
art. 3. q. 6. princip. p. 1. n. 2. & seq.

## VIII.

In Constitutione vero Ecclesiæ filialis per unionem con-  
sensus patroni tam clericalis quam laicalis ita solenniter re-  
quiritur, quia unius horum jus minuitur, alterius autem jus  
augetur, quæ diminutio se habet venditionis instar tot. tit. X.  
de reb. eccles. non alien. clem. un. §. ad has de stat. monach. Con-  
cil. Trident. Sess. 24. de reform. c. 15. ibi: cum patronorum con-  
sensu. Boer. decis. 345. n. 4. in fin. Covarr. praet. c. 32. n. 10. & II.  
Flammin. de resign. benef. lib. 2. c. 4. n. 11. Tambur. de jur. abb.  
tom. 3. disp. 15. q. 1. n. 1. Ut adeo absque illius consensu unio  
facta ipso jure nulla sit, Rot. in Vercellen. un. d. 23. April. 1590.  
coram Cardinal. Lancellot. Junior. Zyp. lib. 5. consult. canonum  
consult. 7. n. 15. nec Episcopus Jus alicui quæsumum diminuere  
citra ejus consensum valeat, c. 2. ibi gloss ad verb. diminuit.  
X. de excess. pralat. Wesenbec. consl. p. 1. conf. 48. n. 25. nisi  
haec unio à Legato à latere fiat, qui, si præcipue Patronus per-  
sona sit Ecclesiastica, sine illius consensu unionem imire potest,  
uri constat ex cap. cum dilectus. X. de Jur. Patron. Gambar. lib. 5.  
tit. de pot. leg. quoad union. benef. Rebuff. de union. n. 28. quia hic  
Legatus Pontificis personam ubique repræsentat, & illius  
Consiliarius est; erga laicos autem Patronos similem potestate  
haud exercet, Gambar. de offic. & pot. leg. à lat. lib. 5. Villadieg. de  
legat.

legat. q. 9. n. 92. Joan. à Cochier. in reg. 22. cancell. de union. n. 33. Sic nec valet unio sine Patroni consensu, si jus patronatus sit mixtum partim seculare, partim vero Ecclesiasticum ob favorem nempe laicorum, ne isti à fundandis Ecclesiis hoc modo arceantur, & si his derogare posset modo dictus Legatus, id sola consuetudine vel præscriptione vel privilegio posset, non autem jure potestatis plenæ, Azor. inst. moral. lib. I. c. 6. q. 12.

## IX.

Quodsi vero Patronus laicus vel etiam clericus in gravem inciderit hæresin, schisma, vel omnibus abominabilem commiserit apostasiam, scilicet proprie talem fidei Christianæ derelictionem, v. g. si factus ille fuerit Juliani Imp. exemplo Gentilis, Turca vel Judæus; hi enim, prout jus suum patronatus ipso facto amiserunt, c. fin. X. de hæret. Engel. ad decretal. tit. de jur. patronat. n. 26. Marescot. var. lib. I. c. 85. n. 13. Monet. de commutat. ult. vol. c. 11. n. 158. Vivian. tom. I. commun. opin. lib. 15. c. 2. n. 6. Barbos. de jur. eccles. univ. lib. 3. c. 12. n. 60. Ita etiam Episcopus insciis his Ecclesiis justè unire & separare valet, arg. alleg. c. fin. Sannig. ad decret. de jur. patronat. c. 4. §. 4. quod ipsum eriam procedit, si dos Ecclesiæ constituta à furibus sit abrepta vel incendio vel inundatione, aliove casu amissa, & sic Ecclesia exanimata, dos enim dicitur Ecclesiæ anima, arg. c. si quis objicerit. 7. c. 1. q. 3. nec Patronus aliam dotem exhibeat, ob amissum jus, similiter non est vocandus, Sannig. alleg. l. arg. l. mulieris. 13. §. fin. de V. S. Lambert. lib. 3. art. 4. q. 7. princ. n. 2. Cothman. resp. acad. 30. n. 40. Delphin. lib. 2. n. 123. Sicuti quoque Patronus non adhibetur, si per non usum jus patronatus, quod circa ecclesiam habet, neglexerit, ac omiserit præsentare Rectorem ecclesiæ, atque duabus vicibus Rector fuerit absque præsentatione ejus institutus cessante ex parte ejus legitimo impedimento, absentia voluntaria vel honesta; sic enim per cessionem tacitam jus in Episcopum translatum vide-

videtur, Abbas conf. 106. col. pen. Vivian. in prax. jur. patronat. lib. 15. n. 1. c. 1. n. 12. Felin. ad cap. causam. 7. n. 8. X. de prescript. accidente longo tempore eo, quo alioquin res incorporales amittuntur & quidem duplicito, arg. l. fin. C. de servit. Liceat aliis in acquisitione quadraginta annorum curriculum exigeretur, l. 23. C. de SS. Eccles. Nov. III. c. 1. Nov. 131. c. 6. X. de prescript. Petr. Gylh. de usucap. & prescript. p. 1. c. 6. n. 112. Finkelth. de jur. patron. c. 7. n. 9.

## X.

Huic amissioni pari modo annumerandus est casus, si Patronus hoc jus vendere voluisse, hoc enim citra simoniæ crimen fieri nequit, quia spiritualibus suo modo annexum dicitur, cap. de jur. 16. X. de jur. patron. Lambert. lib. 1. p. 2. q. 1. art. 12. n. 17. Redoan. de Simon. part. 3. q. 12. n. 22. Suarez. lib. I. de Simon. c. 28. n. 17. seqq. Bonacini. de Simon. q. 4. punct. II. n. 3. quam in rem Concilii Tridentini expressa extat sanctio, decernens: Ut nulli liceat jus patronatus in alios quoquo titulo venditionis, aut alio quocunque modo transferre contra canonicas sanctiones poena excommunicationis proposita & ammissionis ipsius juris, Sess. 25. de reform. c. 9. nisi vendita sit universitas, quæ annexum habet jus patronatus, sub expressa tamen hujus facta mentione, c. literis. 7. X. de jur. patronat. Sannig. ad decret. lib. 3. tit. 38. c. 3. n. 6. Roch. de jur. patron. verb. ipse vel is. q. 25. n. 46. Rota Romana tamen distinctionem isthanc insuper circa universitatem sub dicta qualitate venditam adhibet, dum considerat, num venditio sit facta declarative & sub hujus Juris facta mentione, ac illud transire adstruit; num vero conjunctive illud haud transire putat, decis. 399. n. 4. p. 5. recent. Aliam quoque Sanchez. in precept. decal. tom. I. lib. 2. c. 19. n. 12. affert, an nempe universalis rei alienationi addita sit mentio expressa Juris Patronatus per adjunctam conjunctionem copulativam: & Jus Patronatus; quo casu in emptorem non transire autumat, quia his verbis fraus inesse censetur, ac speciem crimi-

criminis simoniæ occultare satagit , cum copula Et duplitem venditionem factam esse indicet , & hinc hujus intuitu res suas majori pretio vendor distrahere videtur . An vero dixerit alienans , cum Jure Patronatus , & hoc casu validam esse alienationem putat , quia non principaliter & per se hujus facta reputatur alienatio , sed tantum accessorie , quod suo principali absque violatione contractus adimi nequit , Cabel. de jur. patron. regis coron. c. 3. n. 2. quæ Sanchezii distinctio rem clarius explicat .

## XL.

Pluribus porro Ecclesiæ uniendæ vel separandæ Patronis extantibus ad actum hunc adhibendi omnes sunt , arg. c. 28. X. de elect. l. 2. C. de decur. Unico enim , qui de jure vocari debuisset , non vocato , potest irritari , nisi ob bonum pacis velit expresse vel tacite in hoc casu juri suo renunciare & unioni consentire , arg. c. quod fecit. 28. c. bona. 36. X. de elect. Secus se res habet in hæreditibus compatroni , ex his enim unius præsentia , præcipue vero Senioris , qui familiae caput & administrator est , requiritur , ut ille omnium nomine defuncti personam repræsentet , alias enim ob heredum pluralitatem , si in idem hi consentiant , reliquorum patronorum vota irrita redderentur , Azevel. lib. 9. n. 2. t. 6. inter quos heredes Jus Patronatus , quum res est incorporalis , naturaliter non dividitur , c. 1. X. de jur. patron. Roch. de jur. patron. q. 22. n. 22. Patronus tamen citatus & absque iusto impedimento non comparens , non respicitur amplius , sed cæterorum præsentia omnino sufficit , nisi is absens suam de hac unione mentem manifestaverit , quæ utique respicienda est . Sin vero inter se dissidentium Patroni diversi , majorum vota & rationes inspiciendæ sunt , l. 19. ff. ad municip. l. 46. C. de decur. cap. 57. X. de elect. Utut dissidentes absque rationabili causa vi ac potestate sua Superior eo adigere possit , quo ad confessionem conspirent , cum potissimum id salus Ecclesiæ exigat , quæ privatæ anteponenda est , l. 3. C. de primipil. Utilitas enim

com-

E

communis & major non immerito præfertur speciali illi & minori, c. 3. X. de potest. pral. Ideo propter privilegii sui abusum illo merito privandi forent, c. 6. c. 11. q. 3. Quemadmodum aliæ quoque Jurisprudentiæ limites ob istam transilire soleant, l. 51. ad L. Aquil. l. Barbar. 3. ff. de offic. prat.

## XII.

Consideratis omnibus his, quorum consensu necessario inspiciendus circa Ecclesiam uniadam etiam observandum est, ut beneficium illud per mortem tam naturalem, quam civilem vel etiam spontaneam resignationem parochi vacet. Illam vacationem tripliciter contingere Canonistæ referunt: (1) de facto tantum, quando nemo actualiter beneficium possidet, jus tamen aliquod habet, ut evidens nobis est exemplum in beneficiato vi vel metu dejecto aut ad illius resignationem coacto. (2) De Jure tantum, si quis naturaliter quidem possidet beneficium, sed absque ulla causa, nec ab eo, qui jus conferendi nullo unquam modo habuit. (3) De Jure & Facto simul; hæc dicitur vera vacatio; prima enim & secunda vacatio non operantur, ut Ecclesia filialis constitui possit, quia ille vi metuque dejectus possessionem suam omni jure remedii in favorem dejectorum præscriptis, recuperare potest, l. 1. §. 3. l. 6. & tot. tit. ff. de vi & vii armat. c. 2. 3. & 4. X. de his que vi metusq. causa. & tot. tit. X. de restit. spoliat. vid. Schütz. comp. Lauterb. ad tit. de vi & vii arm. in SS. Et ille, qui tantum detinet beneficium rite collatum de Jure Canonico non habet; ut adeo tertiam vacationem unice veram ad filialem erigendam esse negari nequeat. Duæ priores autem vacationes non sunt legitimæ, cap. 1. X. de concess. præbend. quia sunt adhuc aliorum extantium præbendarii, c. 2. X. d. t. c. non furem. 10. c. 7. q. 1. unde is haud immerito, qui scienter in beneficio viventis alicujus sacerdotis instituti se passus est, removendus & deponendus i. e. sacris ordinibus spoliandus est, c. 1. X. de concess. præbend. Vivian. in rational. lib. 3. juris Pontif. p. 122. Ximen. in concord.

p. I.

p. 1. & 2. Rebuff. in prax. de benef. tit. de reprob. benef. vivent. impetr. Barbos. ad d. c. quam ex Jure Civili depromtam Doctores dicunt rationem, quia hujusmodi præbendæ seu beneficii non vacantis acceptatio & concessio ad delinquendum invitat, ac votum continet captandæ alterius mortis, quod contra bonos mores est, l. fin. C. de pacl. Sannig. ad decret. lib. 3. t. 8. c. 2. n. 1. & Jus Civile omnia illa paclæ de futura successione reprobat, l. donavi. 29. §. donationum ff. de donationibus. Sunt enim ejusmodi pactiones odiosæ & plena tristissimi eventus, d. l. fin. C. de pacl. quodsi tamen de illorum morte fama percrebisset, excusantur à poena imposita imperantes viventium beneficia, quia hoc in casu contraria nulla præsumptio contra illos militat, Mascard. de probat. conclus. 1070. n. 2. sicuti quoq; id limitatur in eo, qui superioris consensu Substitutus, Vicarius vel Coadjutor Pastori bene emerito seni vel morbo sottico laboranti est datus, Dedecken. vol. 2. sect. 4. n. 8.

## C A P. VI.

*idg. ultimum,*

### Sistit effectum & Jura Ecclesiæ Filialis.

§. I.

**E**xaminatis omnibus, quæ necessario ad Ecclesiam Filialem constituendam pertinent, materiei utilitas suadere videtur, accuratori intueri oculo hujus effectum & palmaria, quæ se circa hanc offerunt, jura. Pro meliori eorundem consideratione inspiciendum esse puto, an Filia proprio suo gaudeat Pastore, nec ne? In Priori casu ille Jura sortitur Ecclesiæ suæ, hæc autem, ut accessorium sequitur suam principalem, nempe Matricem, hinc Parochus hujus Ecclesiæ Jurium particeps fit ac iisdem gaudet immunitatibus, c. 6. de his, quæ vè metusq; causa. Hinc (1) filialis Pastor etiamsi filialis ipsius sita sit in confiniis duarum dioecesum, coram Episcopo Matricis est conveniens,

nierius quoad forum competens, Barbos. de *jur. eccl. univ.*  
*lib. 2. c. 2. n. 24.* Excellentissimus Dn. Decanus D. HILDE-  
 BRAND. Patronus & Promotor meus ætatem deveneran-  
 dus, in *diss. de prevalentia juris canon. præ civil.* in *for.*  
*cap. 2. §. 8.* Non coram Judice seculari, qui Jurisdictio-  
 nem, ubi dedit, exercet, *l. cum Cleric. 25. in fin. C. de Episc.* &  
*Cler. c. cum contingat. 13. X. de for. compet. c. decernimus. 7. X.*  
*de judic.* quia hic non obligatur ex hypothesi Juris Canonici  
 statutis Magistratus Secularis, quippe quæ ex defectu potesta-  
 tis ad non subditos haud pertinent nec eos tangunt, *l. omnes*  
*populi. 9. de justit.* & *jur. c. à nobis. X. de sent. excomm.* Bald. *in leg.*  
*fin. de jurisd.* Pingiz. *quest. Sax. 29. n. 50.* casu quo autem ille  
 deliquerit in aliena diocesti, judicari poterit ab Episcopo il-  
 lius usque ad sententiam exclusive, quam nemo, nisi proprius  
 Episcopus potest exequi, *cap. postulast. 14. X. de for. compet.*  
 Dn. Barbos. *in l. hares absens. §. 1. in art. de for. delict. n. 5.* & *6.*  
 potest tamen ille à Seculari Magistratu, si in flagranti & gravi  
 deprehensus sit criminis & de fuga suspectus vel ab ulteriori de-  
 licto retineri non possit, capi & postea ad proprium perduci  
 Judicem, modo non major vis adhibeat, quam Clerici re-  
 quirat resistentia, Abbas *in c. cum non ab homine. 10. de jud. n. 12.*  
 & *in c. ut fama. 35. X. de sent. excomm.* Laym. *lib. 4.* huic foro  
 etiam subjacent omnes illi, qui Ecclesiæ curam secundariam  
 gerunt, & cultui divino inserviunt: ut ædituus; hic enim di-  
 citur Ecclesiæ Minister minoris ordinis. In Terris Protestan-  
 tium pariter Clerici regulariter singulare forum habent in  
 Consistoriis ad id ordinatis, hinc & uxor, ejusque liberi  
 mariti forum fortiuntur, *l. fin. C. de incol. l. Imperator. 38. §. 3.*  
*ad municip. l. 5. d. R. N. l. 1. §. 2. de lib. agnoscend.* Quod etiam  
 vidua retinet, *l. fin. C. de incol. l. 13. de dignit.* vid. Ord. Saxon.  
*Ecclesiast. in art. general. 40. §. mit der Biehe-Hut!* & *§. also*  
*xnum. 7. quod si autem specialia dicasteria ecclesiastica constituta*  
*hand*

haud conspicuntur, sicuti quoq; præcise necessitatis non est, ibi Pastores forum sortiuntur, ubi alii Laici conveniuntur. Qualia formalia Consistoria cum potestate decernendi etiam in patria nostra cessare observantia testatur.

## 11.

Ordinandus (2) Filialis Pastor etiam est ab Episcopo Matricis, vel in Foro Protestantum ab ejusdem Consistorio vel Superintendentे, arg. c. 3. X. de eccles. adif. Prosp. Fagn. ad d. c. n. 8. Joachim. Stephan. de jurisdict. lib. 4. c. 12. n. 49. Barbos. ad cit. c. n. 1. nisi Episcopus ordinarius suspensus sit ab ordinum collatione ex hac causa, quod alienos Clericos ordinari, debet autem hæc suspensio esse manifesta; sic Clericus absq; Episcopi licentia ab alio ordinari poterit, quod iterum cessat, si alia de causa hæc facta, cap. eos qui & ibi gloss. de tempor. ord. in 6to. Barbos. de jur. eccles. univ. lib. 1. cap. 38. n. 75. (3) Debet hic Pastor quoque honorem condebitum & reverentiam praestare Rectori Matricis, c. 3. X. ibid. gloss. de eccl. adif. Hinc fieri solet, ut Minister ille vel Pastor filialis sæpiissime Matricis Diaconus insimul sit, sin minus nihilominus tamen ob urgentem necessitatatem morbum vel absentiam legalem aut etiam obitum parochi ætus parochiales, ut vicarius, exercere debet, non solum ob vicinitatem, quia hujus intuitu alii, et si Pastores non filiales, obstricti, Carpz. Jurispr. consift. lib. 1. tit. 12. def. fin. n. 8. vel pietatem, d. Carpz. tit. 10. def. 63. n. 1. Sed ob singulare obsequium, quod Parocho Matricis debet, arg. c. 3. X. de Eccl. adif. & ad hoc Barbos. unde Filiaſta in quibusdam locis etiam Pastorem suum sequi & cultum divinum in audiendo dogmata sacra in matrice peragere tenentur, quod tamen assertum ad filiale non est extendendum, siquidem pastore filiali mortuo nihilominus filiaſta Ecclesiam matricem sequi tenentur, donec illi de novo prospectum sit, quod consuetudines Ecclesiasticae hinc inde receptæ, præcipue vero in terris Noricis plus satis testantur.

## III.

Ut autem (4) Pastor filialis habeat, unde honeste vivat, requiritur etiam, ut obventiones seu præbendæ adsint sufficietes, quas ratione ecclesiastici officii, cui insitit, consequitur, Corvin. lib. 2. tit. 3. Camill. Borell. lib. 1. decif. tit. 29. n. 4. Brunnem. de jur. eccles. lib. 2. c. 4. §. 2. ibiq; Dn. Stryck. in not. ad illum. vid. etiam c. 3. verb. ad sustentationem suam ejusdem ville obventiones Ecclesiasticas percepturum. X de eccles. adif. ibiq; Barbos. quas aut villa Dominus ad sacerdotis usum conferre tenetur, qui est persona illa secularis, quæ vel jurisdictionem in paroecianos illius loci exercet, vel alias nobilis, sive Laicus cuiuscunque conditionis, qui tales acras Ecclesia donavit. Sunt autem acræ apud Saxones & Anglos idem ac apud Latinos agri, utut hoc discrimine, ut acræ certam tantum agri mensuram innuant, quomodo Latini jugerum dicunt. Jugerum autem octo stria triginta sex tabularum ad perdicam pedis Luitprandi habet, quæ gaudet duodecim pedibus trium semissium & trium datorum, ut per Anton. August. in not. ad princ. collat. decret. tit. 35. de eccles. adif. c. 1. & c. 5. qui fil. sint legit. in eadem collectione explicatur. Galli appellant Harpentum, Itali autem Bubulcam, Hostiens. n. 3. in verb. ad presentationem Joan. Andr. n. 3. in verb. fundatoriis, aut ipsi matrici, si redditibus abundet, de suo præstare incumbit, arg. l. 19. §. 1. C. de hered. petit. leg. 14. C. de jur. dot. l. 34. eod. Giphant. in l. fin. C. de dot. promiss. Concil. Trident. c. 4. Sess. 21. etiam si ea Ecclesia Cathedralis sit; non etiam ex aliis Ecclesiis, quia nemo cogi potest, ut vicino proficiat, sed ne noceat, l. 2. §. 5. ff. de aqua & aqu. pluv. arced. Fagn. p. 2. de eccles. adif. n. 32.

## IV.

Sicut nec oneranda est matrix, si ipsa laboret egestate, & ejus Rector vix ac ne vix quidem sufficientem sustentationis materiem ex redditibus percipere valet, quia nemo dat, quod non

non habet, Ulpian. in l. 20. de A. R. D. & nemo ex damno alieno lucrari debet, l. 28. ff. d. dol. mal. arg. cap. 1. d. paroch. Hoc stens. n. 3. in verb. obventiones. vers. d. si quis antiquus Rector. agris enim suis sicutientibus, alieni non sunt irrigandi, h. præses. C. de servitut. Et licet quis obficere posset, hac ratione maximum animarum imminere periculum, si parochiani decederent sine confessione & aliis Ecclesiæ sacramentis, quæ res animæ omnino reliquis omnibus essent preferenda, cap. extirpand. s. cum igitur. X. d. præbend. cap. 1. X. de pign. scendum tamen est, nullum exinde vergere detrimentum animabus, si Ecclesia matrix de suo, quod parum possidet, nihil contribuit, siquidem hoc medio cessante, non statim ea, ad quæ pinguior regressus datur, extincta sunt, ipsi enim populo, cuius potissimum salus hic spectanda venit, quæ sunt necessaria, suo pastori ministrare & suppeditare incumbit, arg. cap. cum fit Romana. X. de Simon. id quod expresse etiam Concilio Trident. corroboratum est, cap. 4. sess. 21. in verbis: Si necesse fuerit, compellere potest Episcopus populum ea subministrare, que faciunt ad vitam ipsius sacerdotis sustentandam. item c. 7. Sess. 21. in illorum defectum parochianos omnibus remedii opportunitis ad predicta cogant; item c. 13. Sess. 24. ibi: per parochianorum symbola aut collectas aut qua commodiori ei videbitur ratione tantum redigatur, ut pro Rectoris aut pro parochia necessitate decenter sufficiat. Quod si autem eandem excusationem paupertatis allegaverint Paræciani, dum saepius accidit, ut illi strenue sudando victum & amictum pro se suisque acquirere necessum habeant, Abbas vel Præpositus ille, cui parochia illa in temporalibus subest, ad suppeditanda vita necessaria sacerdoti instituendo moneri adsolet, c. sanctorum. vers. si que tamen capella. 70. dist. 1. c. extirpanda. s. cum igitur. X. de præbend. In subsidium tamen, & si hunc ejusdem necessitatibus durum telum tangat, recurrentum, tanquam ultimum refugium, ad ipsum dioeceseos Episcopum est, hic ex mensa sua suffi-

sufficientem erogare alimentationis provisionem obstringitur, arg. c. fin. X. de prabend. & c. inter cetera. X. d. offic. ordin. Si modo hæc præstatio citra ejus dispendium fieri possit. c. 2. c. 16. q. 3. c. precipimus. & c. Ecclesiasticum. c. 12. q. 1. c. regenda. c. 10. q. 1. c. Episcopus. c. 10. q. 2. casu quo autem omnes recensenti eodem paupertatis morbo vincti hæreant, quod raro præsertim his temporibus metuendum, novus ille Parochus propriis manibus ex artificio victimum sibi quærat. c. Clericus. 3. & 4. diss. 91. vid. Dn. Linck. in dissert. de cleric. artif. & negot. per tot.

Cum autem (5) interdum pii ac fideles statum Ecclesiæ observantes commoveantur, ut huic vel illi Parochiali Ecclesiæ ex liberalitate succurrant, dum vel agrum vel alia quæcumque licite alienari possunt, eidem offerant, vel etiam, ut legatum per ultimas voluntates relinquant, aliisque adjuvant stipendiis c. 16. X. de prabend. & dignit. filialis hæc, ut sua vindicat, neque Matrici aliquid de iis conferre obstringitur, quia proprium, qui animarum curam gerit, sustentat sacerdotem, & certo respectu separata existit, cum enim matrix certa pensionatione annua in subjectionis signum contenta esse debeat. arg. c. omnis anima. X. de censib. ista ultra canonum tenorem non est extendenda, uti hoc latius prosequuntur Lotherius, Salgado, Petr. Gregor. Monet. de comm. c. 11. n. 334. Vasconcellos lib. 1. resp. 13. Alteserra lib. 5. disserr. cap. 6. nisi Ecclesia filialis sit capella & Parochus Matricis Pastorem alat & de suo ipsi contribuat, c. 2. X. de capell. monach. c. his, que. X. de major. & abed. Quod si autem quis condens testamentum omnibus ecclesiis dioecesos certam legaverit portionem, quæritur, an etiam filialis Ecclesia quicquam inde percipiat, quod indistincte affirmative decidendum, sive filialis alat proprium pastorem nec ne, priori enim casu extra dubitationis aleam positum est, cum illa sit curata; posteriori vero casu, cum parochus duplex

duplex sentiat onus , duplex etiam commodum sentire jure  
potest, l. secundum. 10. de R. J.

**VI.**

Quod (6) ad actus Parochiales attinet, hos pro cuiuscunque loci consuetudine pastores varie exercent, unde receptum quandoque, ut sacramentum initiationis baptismata in Matrice celebretur, quia duas baptismatales non perferunt Canones in eadem Parochia, *can. baptismales*, cum duobus seqq. c. 16. q. 1. quod ipsum quoque in illustri civitate Patria Noribergensi moris esse videtur, ut baptizandi in Ecclesiis duabus primariis intentur vel extra urbem in Matricibus tantum Ecclesiis sacramentum expectent, quae inde Matrices vocari reputantur, quia animas per baptismum regenerant, *gloss. in elem. un. de baptism.* quandoque hoc in nonnullis locis non attenditur, præcipue si filiales sua habent baptisteria, Lancellot. lib. 2. *inst. tit. 18. §. 3.* & 4. ibique Ziegler. *in not. B. Dn. Linck. in comment. ad decretal. tit. de eccles. adif. vel repar. §. 3. circa fin.* reliqui vero actus, ut copulationes sponsorum & hanc præcedens bina vel trina proclamatio; item etiam sacra Eucharistia cum præcedente à peccatis absolutione & libera divini verbi prædicatione ab his pastoribus filialis communiter exercentur, nisi facta separatio Episcopus vel Superior prædicta jura Matrici reservaverit, Prosp. Fagn. *ad decret. p. 2. tit. de eccles. adif. vel repar. n. 10.* & 55. vel observantia Ecclesiastica aliud introduxit, sicuti quoque Matrici Ecclesiæ in signum honoris & reverentiae reservata sepultura conspicitur, c. *ex transmissa. 10. X. de prescript.* & *ad hoc Joh. Andr. n. 10.* & *in cap. certificari. X. d. sepult.* nisi filialis & hanc legitimo modo 30. vel 40. annis præscripsit, *alleg. cap. 10.*

**VII.**

Quemadmodum porro (7) de Jure Canonico pro labore & sustentatione Pastoris sæpius adsignatae decimæ cernuntur,

F

ad

ad servatoris nostri effatum , dignus est operarius cibo suo,  
 Matth. 10. v. 10. & Apostolus 1. Cor. 9. v. 17. dicit: dominus ordinavit, ut, qui Evangelium annunciant, de Evangelio vivant,  
 & qui altari deserviunt, de altari vivant: quæ ob Ecclesiasticum  
 ministerium persolvuntur , Reusner. l. 4. decis. 2. n. 24. & seq.  
 Speidel. in notab. jurid. hist. polit. lit. z. verb. Behend. vers.  
 quaritur an decimæ. ita quoque non immerito quaritur ratio-  
 ne harum, utrum illas acquirat Matrix, an filia ? variae sunt  
 Canonistarum hinc inde agitatæ idcirco hypotheses : circa  
 quas tamen ego limitandum esse censeo, an pastor filialis ha-  
 beat salarium , ut aliunde præter decimas commode vivere  
 possit, nec ne, illo casu omnino sunt solvenda Matrici, cap. ex  
 transmissa. 10. X. de præscript. ibi glos. & Dd. si non, filia loco  
 harum tenetur annum censum in signum subjectionis confer-  
 re, arg. omnis anima. 2. X. de cens. moderandum tamen Episcopi  
 arbitrio, arg. cap. de causis. X. de officio deleg. secundum glos. hic  
 in verb. honor. nisi filialis monasterium matricem agnoscere  
 debeat, hoc enim casu monasterium Parochi loco esse censem-  
 tur, & curam in filiale exercens nudus est vicarius, hinc ob  
 decimam Jus illud fundatani habet intentionem, decis. Rot.  
 apud Tambur. de jur. abbat. 3. decis. 102. Engel. ad decretal. tit.  
 de decim. n. 5. aut Episcopo aliud visum fuerit, sic ex Synodo  
 Tridentina potest Episcopus novæ Ecclesiæ adsignare fructus  
 ad matricem pertinentes , hinc etiam decimas fructuum ap-  
 pellatione venientes, cap. nuncios. & cap. 21. X. de decim. Fagn.  
 ad cap. cum contingat. X. de decim. p. 1. n. 45.

## VIII.

Si quoque (§) Pastor filialis absque hærede decesserit, sola  
 filialis in patrimonialibus (in Ecclesiasticis quippe prorsus nul-  
 lum dubium est, quod succedere possit) ut uxor Spiritualis jux-  
 ta Jus Canonicum succedit, c. quicunq. c. 12. q. 3. cap. 1. X. de  
 success. ab intest. sicuti in bonis Laicorum quandoque fiscus in  
 sub.

subsidium succedit, l. 1. C. de bon. vacant. lib. X. Ordin. Reg. Lut-  
ſit. lib. 2. tit. 26. §. 12. Mol. d. iust. tr. 2. disp. 164. concl. 11. istud  
tamen peculium in quatuor partes non est distribuendum, per  
cap. 2. X. de success. ab intest. quia hoc de speciali casu loquitur.  
Barbos. ad dict. cap. n. 1. & Engel. ad decret. tit. de success. ab in-  
test. Aliud esset, si unus Parochus & Matri & filiae simul præ-  
cesset, hoc casu bona illius inter eas pro rata beneficii essent di-  
videnda, quod à singulis obtinebat, cap. relatum. §. fin. de te-  
stam. arg. c. 1. vers. se vero. cauf. 12. q. 4. Barbos. de jur. ecclesiast.  
univ. p. 2. lib. 3. tit. 17. n. 59. (9) In visitandis Ecclesiis Mater  
& filia procurationem præstare debent, præcipue si illa suum  
alat pastorem; quæ procuratio ex Ecclesiæ redditibus est depro-  
menda, omnes enim Ecclesiæ visitatæ procurationem visitanti  
præstare debent, ita ut nec monasteria ab ea exempta sint se-  
cund. Synod. Trident. cap. 3. & cap. sopita. 14. tit. d. censib. ex-  
ceptis Oratoriis privatis, cap. fin. X. d. cens. & secundum non-  
nullos, Hospitalibus & similibus piis locis, Zerol. in prax. Epi-  
scop. p. 2. V. Visitatio. §. 6. dub. 7. De qua procuratione, quo-  
modo instituenda & reliquis ejus requisitis conferatur dispu-  
tatio circularis de procuratione canonica nuperrime habita, Ex-  
cell. DN. D. SPIZ. Patroni & Promotoris mei ad urnas usque  
devenerandi.

## IX.

Quod si autem tam Matrix, quam filia unum eundemq; Pa-  
rochum habeant, alia plane à prioribus diversa jura & effectus  
se quoque offerunt, quos breviter hic solummodo recensebo,  
circa quæ jura & effectus Consuetudines & Ordinationes præ-  
cipue in foro protestantium hinc inde valde variant, & qui-  
dem circa actus parochiales ac speciatim baptismum illa in  
Matrice, ut superius monui, peragi debet, cum hoc in pas-  
su matrem filia sequi debeat, quia infantes in casu necessitatis  
ab alio etiam baptizari possunt, c. ad limina. c. 30. q. 1. & in c.  
super quib. 30. q. 7. & c. in necessitate & c. à quodam, d. consecrat.  
dist.

diss. 4. Bellarm. tom. 2. lib. 1. c. 7. Barbos. de iur. eccl. univ. lib. 1. c. 34. n. 32. Dedeken. in thesaur. conf. vol. 1. p. 2. sect. 1. d. baptis. n. 1. Benedictionem vero nuptialem, nec non ejus proclamationem antecedentem in Matrice fieri debere quam plurimis in locis observari attendimus. Prædicationem autem verbi divini facere, & sacræ coenæ administrationem statim temporibus in filialibus ob adversam valetudinem vel senio confessos, si præcipue quædam loci distantia concurrat, Parochus juxta Ecclesiæ observantiam potissimum celebrare debet, modo præcedente die Dominica, ut Filiastä animum suum ad salutarem hujus ministerii fruitionem rite præparent, id de suggestu publice nunciet, uti die Churfürstl. Sächs. General. Articel rubr. 3. §. Zum fünfften / in verb. Welche Filial zu versorgen haben / auf daß sie mit der andern Predige ic. sollen sie in der Kyrch/da die Communion gehalzen wird/ nach der Zahl der Communicanten ein viertel oder halbe Stund desto früher anfangen/ und solches der Gemeine zuvor den Sonntag auf der Cangel anzeigen/ damit sie sich haben an beyden Orten darnach zu richten. Quo casu vero filialis non adeo longum distat à Matrice, horis antemeridianis cultus divinus in matrice, pomeridianis vero vel statim in ipso meridie in filiali die Mittag-Predigt peragit, sic filiastä sacram synaxin accedere in matrice debent, prout in terris Noricis paucis abhinc annis, ehe die Kirchen zu St. Jobst von der zu Mocheldorf separaret worden ist/ titus Ecclesiastici docuerunt.

## X.

Viget autem nonnullis locis in viridi observantia, si parochus, præcipue vero tempore hyemali filialem curat, ut ipsi equus, quo vehatur, mittatur; qui interdum publicis sustentatur sumtibus, uti hic Altdorfii moris est, vel etiam sumtibus filiastrarum transmittitur, fere ad exemplum Ordinationis Ecclesiast. Vinariens. lib. 2. c. 21. cuius verba hæc sunt: Das von Baß

Fasznacht bis Martini die Pfarrer auf ihre Filial zu gehen verbunden  
 seyn sollen/ aber von Martini an bis auf Fasznacht sollen die Filia-  
 les dem Pfarrer auf Begehren und Andeuten ein Pferd auf ihre Kos-  
 tien und ohne des Kastens Beschwerung schicken: da auch ein Pfarr-  
 er Leibes-Beschwerungen wegen zu Fuß nicht vorkommen kan/  
 oder wäre auch im Sommer böses Wetter/ werden sich Christliche  
 Zuhörer selbst der Gebühr nach zu bescheiden wissen. In Palati-  
 natu superiori Parochi de suo, si velint, equum emere & illi  
 de pabulo prospicere tenentur. Secundum similem lauda-  
 tam observantiam jus sepeliendi filiastrarum corpora Matrici  
 competit, hinc plerumque defuncti in ipsam parochiam trans-  
 portantur, quo ibidem solemnitate efferan-  
 tur, vel etiam, si haud longe distat matrix, à filiali solemni pro-  
 cessu in coemeterium istius deferuntur, vel iisdem ad certum  
 & determinatum locum usque obviam ire solent Parochi ma-  
 tricis, uti iterum die Churfürstil. Sächs. General. Articel rubr. 18.  
 §. Als auch ec. fin. nisi nobiles ibidem domicilium fixum ha-  
 bentes cenotaphia & majorum suorum sepultra in filiali, ihre  
 Adeliche Begräbnüsse per longum temporis intervallum præ-  
 scripta habeant ad id, ut ibidem sepeliantur vel ipsi filiastra  
 proprio prædicti coemeterio aduersus Matricem hoc jus sepul-  
 turæ præscriperint, vel autoritate Episcopi retinuerint, Hofst.  
 in cap. quia nonnulli. n. 7. ad fin. vers. quod si aliquis. & ibi Joh.  
 Andr. n. 8. Hojed. de incomp. benef. p. 1. c. 13. n. 19. quo casu Pa-  
 rochi filiale Ecclesiam sequi, nec jus filiastris acquisitionem au-  
 ferre possunt, uti iterum filialis Hagenhausen dependens à ma-  
 trice Gnadenberg/ exempli loco hic mihi inservit. Parochis  
 hisce ob duplicatum labore suum præter Matricis Parochia-  
 nos & Filiastra contribuere debent annum salarium, quod in-  
 terdum in pecunia, interdum in fructibus & decimis constat.  
 Dn. Carpz. lib. 1. Jurispr. Consist. t. 12. n. 2. hinc rarius in Eccle-  
 siis Protestantium percipiunt præbendas, nisi dicamus istas

consistere in panibus Pastoribus juxta quorundam locorum  
mores debitum, nec non in missalibus, Germ. der Hausel-Gro-  
schen / aliquis largitionibus annuis, de quibus vid. Carpz. l. 2.  
def. 102. B. Linck. ad decretal. tit. d. cleric. agrot. §. 3. has deci-  
mas etiam Judæi inter Filiastas prædia habentes præstare de-  
bent, c. 16. X. de decim. Licit enim hi sacra non recipient, ta-  
men id ipsorum odio & favore Ecclesiæ statutum est, ne illi  
comparando prædia decimas lucentur cum Ecclesiæ damno,  
B. D. Linck. ad decret. X. de decim. §. 6.

## XL.

Mortuo Parocho, præcipue cum sint diversi Patroni, pa-  
tronus matricis reliquis filialis Ecclesiæ indicare debet obitum  
præsertim absentibus. Finckelth. d. jur. patron. c. 5. n. 64. cum  
illorum assensus maxime etiam sit necessarius; nec sufficit nu-  
da denunciatio parochianis filiastis de suggestu in matrice facta,  
Churfürstl. Sächs. Kirchen-Ordnung/ general. art. 3. fol. 198.  
§. zum sechsten. arg. l. 47. ibi. præsentibus omnibus, quos causa  
contingit. ff. de rejud. quod etiam Consist. Elect. Lips. An. 1630.  
d. 10. Sept. firmiter decrevit: Daß S. deswegen DD. in Schrif-  
ten gebührlich zu ersuchen / und ihme anzudeuten schuldig. Hæc  
autem proprie matrix dicitur, ubi Parochus habitat, [altera  
vero filia, Joseph. Mascard. de probat. concil. 114. n. 16. & 17. Ant.  
Faber. de relig. regend. lib. 3. c. 17. n. 15. Carpz. lib. 1. Jurisprud.  
cons. tit. 12. defin. 186. n. 1. Quodsi lis orta sit inter hos patro-  
nos in eligendo Parochum, quis alteri præferendus, cum etiam  
filialis patronus exceptione sua sit audiendus, ne exinde Eccle-  
sia detrimenti quid capiat? sane ne hac dissensione functio  
Ecclesiastica diutius vacet, ecclesiæque vinea sentiat inde da-  
mnnum, fas est Episcopo & ejus nomine Consistorio, unum  
eligere eumque solum instituere, quem dignorem & magis  
idoneum reperit, Gloss. & Dd. in cap. cum autem. X. de jur. vid.  
cap. ne pro defectu. 41. X. de eleçt. Paul. de Cidatin. p. 6. art. 3. n. 10.

Vivian.

Vivian. in rat. jur. Pontif. ad dict. cap. quoniam. 3. X. de jur. pa-  
tron. Sed cum fieri s̄epius soleat, ut Patroni eligant Pastorem,  
cujus correctionem & objurgationem non metuere necessum  
habeant, hinc secundum consuetudinem nonnunquam aliis in  
locis receptam populi consensus quoque requiritur, ne illi  
invito pastor obtrudatur, quia ipsius maxime interest, ne sub  
malo pastore periculum incurrat, c. Maximilian. dist. 81. &  
Panormit. ibid. Balth. Menzer. in exeg. Aug. Confess. art. 14.  
Balduin. d. instit. ministr. c. 6. Joh. Gerhard. in loc. d. minist.  
eccles. sc̄et. 7. unde alicubi vulgare nactum proverbium: Sta-  
tus Ecclesiasticus de persona idonea consultit, popularis ap-  
probat & politicus decernit, Reinking. de R. S. & E. l. 3. &  
l. c. 6. num. 1. usque ad 18. ibid plures alleg. hinc necessarium  
est, ut ille Parochus novus concionem & Filia-  
stis reciteret, quia cum ipsum non audiverint, nec in eum  
consentire possint; quod tamen ipsa Ordinatio Elector. Sa-  
xon. Ecclesiast. sub rubric. Von Examine aller Kyrchen-Die-  
ner §. also ist auch. in verbis: Dass keiner Kyrchen wider ihren  
Willen ein Kyrchen-Diener ausgedrungen werde / expresse re-  
quirit, & Consistorium supremum Superint. Pirnens. ita  
rescriptit circ. fin. Wir haben ic. und wann die Eingepfarr-  
ten wider seine Person / Lehr / Leben und Wandel nichts  
Verhebliches einwenden / alsdann erst thine die Vocation aus-  
händigen und den Consensum Ecclesiæ hinein setzen lassen/ ic.  
quod si parochiani & filiastis inter se haud convenient, hac in  
re iterum Episcopus dissensum sub examen vocat, & rationes  
pro & contra ventilat, ac ponderosiores präfert, atque secun-  
dum eas pastorem instituit & confirmat, arg. cap. cum in cun-  
dit. 1. X. de his, que fiunt à maj. part. c. Ecclesia. 48. X. d. elect.  
Paul. de Citadin. p. 6. art. 4. n. 6. quod tamen non ubique  
locorum obtinet.

XII. Ma-

## XII.

Maximum etiam ad nostratum Pastorum sustentationem facit, si privilegium à gabellis liberi potus ipsis concedatur, prout in Saxonie hinc inde viget. Ord. Eccles. sub rubric. Bon Immunitatibus und Freyheiten der Kyrchen-Diener. §. So wollen wir auch ic. in verbis: Oder sonst bey Vasen / Biertern / und Tonnen einlegen / und andern bey der Kannen / oder sonst nicht verkaussen / aller Auflage frey und unbeleget seyn. vid. etiam Balduin. de inst. ministr. c. 27. pag. 299. Si itaque Pastor duabus Ecclesiis simul praesit, haud immerito quæri potest, an etiam ejusmodi Parochus duplici possit numerum doliorum à collecta cerevisaria liberorum, ita ut duplice gaudet jure exemptionis, quod affirmandum esse credo, ille enim cum officii ratione duplicem praestet curam & ob filialem maximum sentiat onus, cui primum matricis non respondet, propterea etiam commodis inde perceptis haud est privandus, arg. l. s. uno anno. 15. §. item cum quidam. ff. loc. l. de fertorem. 3. §. 12. d. re milit. §. cum autem. Inst. d. emt. vendit. l. 57. ff. de contrah. emt. l. i. C. de peric. & commod. rei vend. quod ipsum juri nostro non contrariatur, qui enim duplicem representat personam, dupl. etiam ratione considerari potest, cap. cum Capella. X. de privil. cap. ex literis. X. de prelat. l. apud filium fam. ff. de manum. vindict. Gail. lib. 1. obs. 30. n. 2. in fin. Reinking. in regim. secul. & eccles. lib. 1. class. 4. c. 9. n. 18.

## XIII.

Tandem sicut in terris his durabile nihil est; Sic etiam Ecclesiæ multis sunt obnoxiae casibus, qui ipsis vim inferunt, saepius enim pars illarum hostium insultu devastatur, vel fulmine cœlo demissio corruptitur, vel etiam ipsa vertutate corruit, hinc illis prospicere, dum necessitas ipsa jubet, (1) igitur hæ tam Matrix quam filia sunt reparandæ secundum consuetudinem cujuscunque loci, quæ circa reparationem certum obser-

observat ordinem, præcipue in Germania, juxta hunc enim & talia onera parochianorum æstimantur. Mev. p. 3. decif. 183. in not. n. 1. & 9. hocdeficiente (2) Ecclesia ex propriis, quos possidet, vel ex donatione, vel obligatione, vel piis legatis collectis redditibus, restorationem procurat, can. 1. & 2. caus. 10. qu. 3. Concil. Trid. sess. 21. cap. 7. de reform. quodsi Ecclesia (3) sit inhabilis, Rectores Ecclesiarum eo adigi possunt, ut ad illius reparationem de redditibus, qui salva congrua sustentatione iisdem supersunt, conferant, cap. 4. X. de eccl. adif. vel rep. Sic omnes, beneficiis ab Ecclesia ditati, ad ipsius restorationem quantum suum suppeditant, cap. 1. d. tit. arg. can. decrevimus. caus. 10. q. 1. Engel. in comm. ad decret. tit. alleg. n. 8. Inde etiam Laici (4) ex speciali pontificis concessione, item etiam equites religiosi, & in teris protestantium Magistratus quibusdam in locis adsignato parocho certo salario, imo hodiernis moribus Laici jure feudi & allodii decimas possidentes, has restaurare omnino sunt obligati, Barb. de jur. eccl. univers. lib. 3. cap. 26. n. 2. §. 52. Dn. Linck. ad decret. tit. 30. l. 3. §. 5.

## XIV.

Deniq; (5) in subsidium ad collectationem paroeciani ex necessitate compelluntur; vicini vero ex liberalitate invitantur. Laymann. lib. 4. tract. 2. c. 13. n. 10. B. Dn. Linck. in comment. ad decretal. tit. de eccl. adif. vel repar. n. 7. Sic quoque Matrix reparanda etiam filiastæ, qui destituti sunt propria Ecclesia, per hostium incursum vel incendium, vel aliud adversum fatum, suum conferre obligati existunt, hi enim spiritualia ab Ecclesia Matricis parocho accipiunt, & ob veram unitatem naturam pristinam mutarunt, & consequenter privilegiis matricis frumentur & immunitatibus, ideoque nec onerum expertes esse debent, arg. l. 10. de R. J. Tusch. pract. conclus. lib. 5. conclus. 230. n. 22. & 23. quod etiam Ord. Sax. art. gen. 32. in pr. injungit, in verb. **Soll von dem Eingepfarrten/ ob sie gleich nicht unter einer sondern vielen Herrschäften gesessen/ eine gemeine Anlage zu**

G

sol.

solchem Bau gemacht werden. Hinc una cum Parochianis singuli in capita conferre tenentur ; sed quum æquum sit, cuiusunque examinare fortunas, quivis promodo bonorum & facultatum suarum à se possessarum, exsolvat portionem, arg. l. præs. ff. d. mun. & honor. quamvis alii tertiam partem Filiaстis ex consuetudine adjudicent generali, Dn. Finckelthus. cap. 4. n. 87. & 88. Dn. Carpzov. tamen hanc universalem esse negat. lib. 2. jurispr. eccles. tit. 22. def. 344. n. 6. si enim hæc obtinuerit, ea non fugere potuisse Consistorium, quod æquales parochianis adjudicavit filiaстis contributionem, verb. Daz die Unterthanen in Filial Elßbach zu der Pfarr zu Prüsneß gleich andern Eingepfarrten daselbst zu contribuire schuldig / und mit der am Montag Esto mihi An. 1577. aufgerichteten Vergleichung/ welche in Buchstaben nur von Schulbau redet/ sich darwider nicht zu schützen. V. R. W. Carpzov. alleg. loc. hanc tamen dicit consuetudinem esse hactenus observatam in contributione ad visitationem, ad quam filiaстæ tertiam partem erogant, exinde tamen ea ad alias casus, quia est stricti Juris, non est extendenda, Felin. in cap. auditio. col. 6. X. d. præscript. Paris. consel. 25. n. 26. Parceiani pauperes operibus manuum suarum, ditiones equis & vectura, reparantibus infervire nonnunquam tenentur, Köppen. dec. 13. n. 1. d. rescript. elect. vid. ap. Finckelth. cap. 4. n. 91. & Carpz. lib. 2. jurispr. consit. tit. 22. def. 342.

## XV.

Non autem conferunt Filiaстæ ad reparandam Ecclesiam matricem, si ipsi in pago templum possederint proprium; hi enim, prout ipsi fabricæ Ecclesiae suæ subsidia omnia debent, & communionem solummodo pastoris habent, ita quoq; merito exempti sunt, parochiani siquidem nec his aliquid contribuunt, quid enim eos juvat aliorum templo esse extrata, cum ipsi in suo verbum Dei exaudiunt, & sacramenta percipiunt, aliás onus oneratis injungeretur, l. divisus. 14. ff. d. off. præs. l. antep. C. d. pan. l. navis onusta. 4. s. quid ergo. ff. ad L. Rhod.

¶ 51. ¶

L. Rhod. d. iact. Dn. Carpzov. in jurispr. consift. lib. 2. tit. 22.  
def. 345. B. Linck. de jur. templ. c. 5. n. 50. Hi tamen Filiaſtæ,  
ſi in pago præſertim ſuo non proprio ædificio parochiali gau-  
dent ad reparationem habitationis parochi & æditui, partem  
ſuam ſimiliter tribuunt, quod iterum Consiftorium Elect. Sa-  
xon. supremum d. Anno 1630. injunxit: Welcher Geſtalt die  
Gemeinde zu Beerwalt wegen der geforderten Contribution zu  
Erbauung des Pfarrhaues zu Nadeburg ſich beschweret / das habe  
Ihr hieben zu finden / wann dann alle eimpfarre und Filiaſten die  
Pfarr und Schul-Wohnung / woferne dieſe nicht alle Pfarr und  
Schulgebäuete haben / zu erhalten ſchuldig. Si itaque ædes ſint  
ad Eccleſiam filialem pertinentes, parochus has licite aliis elo-  
care non prohibetur, ita tamen, ut parochus, ſi inquilinus vel  
ipſe etiam quandoq; inhabitans, aliquid deteriorarit propriis  
ſumtibus has reficiat, quaæ locatio ipsi ſpecialiter confeſſa eſt  
in Ordin. Ecclef. art. gener. 32. §. Wann auch einem Pfarrer  
ein Filial zu versorgen zufiehet / und daßelbige auch eine be-  
ſondere Behaſung hätte/ ſoll ihm vergunt ſeyn / ſolche zu ver-  
müthen oder zu verpachten. Beneficiati enim aequiparantur  
uſufructuarii, cap. de præſenti, d. off. ordin. in 6to. cap. requiſi-  
viſti. X. de teſtam. can. duo ſunt genera. c. 12. q. 1. Klock. d. con-  
trib. cap. 10. ſect. 1. n. 45. Quemadmodum hi uſumfructum lo-  
care aliis non prohibentur, §. 1. Inst. de uſu & habit. l. 12. §. 2.  
l. 38. & l. seq. ff. de uſufr. Hopp. in comment. ad Inst. §. 1. de  
uſu & habit. quamvis jus circa uſumfructum ut perfonale quid  
retineant, l. 66. de jur. dol. l. 3. in fin. ff. quibus mod. uſuſr.  
amitt. Fabian. in tract. de emt. vend. q. 21. n. 53. Joh. del Ca-  
ſill. in tr. de uſuſr. c. 69. n. 15. & ſeqq. Hugo Donell. lib. 10.  
c. 8. n. 40. ita quoque nec illi.

## XVI.

Eccleſia denique ruinosa ob paupertatem propriam vel  
etiam parochianorum autoritate Epifcopi vel Superiorum  
plane deſtrui, & fundi dotales vel jura filialis ad matricem vel  
matri-

matricis ad filialem transferri possunt, ceu ratione posterioris ille circumfertur notus versus :

*Mater erat quondam, que nunc est filia natæ.*

In hac autem coacervata Ecclesia altare sub eadem invocatione Sanctorum, sub qua Ecclesia diruta ab initio erecta apud Pontificios honorari debet. Barbos. *in collect. ad c. 7. Concil. Trid. sess. 21. n. 10.* Destructæ verò Ecclesiæ lapides & tigna, licet olim per c. 38. de consecr. dist. 1. ad-alios quam Ecclesiasticos usus adhibere permisum haud fuerit, Concil. tamen Trid. *alleg. loc. sanxit*, ut ejusmodi Ecclesiæ tam locus quam materialia Rot. ap. Farin. p. 1. *in posth. decis. 107. n. 2.* in profanos, non sordidos usus adhiberi valeant ibidem cruce erecta. Sannig. *in comm. ad decret. tit. de eccl. adif. c. 2. n. 3. per tot.*

*S. ultimus.*

Materiæ quidem Utilitas, B. L. exigeret, ut unum & alterum speciatim de Probatione, affinibus & filialis Ecclesiæ in propriam Parochiam translatione adhuc adderem, sed quoniam, ut me in portum lætus recipiam temporis penuria adhortatur, ideo filum abrupti. In fine hujus mei laboris Æterno Numini de concessis viribus & felici studiorum meorum hactenus progresu æternæ sint dictæ grates & laudes, quas mens & lingua proferre in hac vitæ mortalitate idonea non est. Conserves omnipotens Deus Ecclesiam in veritate sanctum tuum Nomen invocantem & ab initio mundi ad cultum tuum destinatam: Omnes filiales aucto populo tuo Matricis titulo digneris, ut hæ sub suavissimo concordiæ jugo hoc & Spiritus unione ad normam in sacris præscriptam, & alias rursus filias complectantur; donec tandem omnes Ecclesiæ & unitæ & separatae in hac vita auctoritate tua, Episcope animarum nostrarum Summe, ita per Spiritum tuum strictius uniantur & copulentur, ut tecum in sanctitate triumphantes ineffabiles laudis tuæ cantus psallent, & Te Pastore pascantur!

*F I N I S.*






Altendorf, Diss., 1699-1701

X 2344904

V317





58 num. 12 19 2 363

ASSISTENTE DIVINA JVSTITIA,  
DISSERTATIO INAVGVRALIS  
*DE*  
**ECCLESIIIS  
FILIALIBVS,  
EARVMQVE JVRIBVS,**  
*QVAM*  
*EX DECRETO*  
*MAGNIFICI*  
*JCTORVM ORDINIS,*  
INCLVTA IN NORICORVM VNIVERSI.  
TATE PATRIA  
**PRO LICENTIA,  
SVPREMOIS IN VTROQVE JVRE  
HONORES ET PRIVILEGIA  
DOCTORALIA**  
MAJORVM MORE RITE CONSEQUEND  
*PUBLICÆ ERVDITORVM CENSVRÆ*  
D. XXIII. JVN. ANNO M. DCCI.  
SISTIT  
**STEPHANVS JACOBVS Rieß**  
NORIBERGENSIS.

LITERIS HENRICI MEYERI, UNIVERSITATIS TYPOGRAPHI.

